DE

ΓΑΡ PARTICULAE USU HERODOTEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

MARTINUS BROSCHMANN

COLLODICIENSIS SAXO.

LIPSIAE

TYPIS FRANKENSTEINI & WAGNERI

MDCCCLXXXII.

PATRIS OPTUMI

DIUIS MANIBUS

SACRUM.

Minutam fortasse rem ac paene pusillam uerendum mihi est, ne uidear nonnullis tractandam mihi sumpsisse de unius uoculae (— en trilitera est) usu Herodoteo fasciculum conscripturus. Sed ut omnino notum est, neque uerbo hic mihi attingendum, quantum uoculae illae, quas particulas nominamus ualeant ad orationem construendam, distinguendam, uariandam*), — id quod intelleget quicumque primoribus, ut ita dicam, labris Graecorum literas delibauerit — ita ad Herodoti dicendi genus eiusque stilum adque charactera pernoscendum maioris erit momenti, quam primo quidem conspectu uideri possit, eam, de qua disputare institui particulam *γάρ* diligentius tractare, quippe cuius uoculae apud Herodotum non modo latissimus sed etiam tam uarius exstet usus, ut haec illa ipse Herodotus nouasse dicendus sit in adhibenda particula *γάρ*, et omnino in explicandis eis, quae in huius uoculae usu maxime propria habentur, ob id ipsum dignissimus sit, ad quem accedamus, quia exemplorum exhibet, eorumque optimorum summam multitudinem. — Quare ut spero ne hanc quidem quaestiunculam instituendi consilium fore, ut improbetur, inutileue plane uideatur esse, ita optime hac in re operam meam collocasse mihi uidebor, si ad inlustrandum interpretandumue diui auctoris ingenium, in quo lectitando tractandoque iam diu ualde oblector, aliquantulum credar profecisse.

---

*) Uerba citare liceat ex eis, quae Hartungius ad doctam suam et copiosam de particulis Graecis disputationem praefatus est haece: Diejenigen Redetheile, denen die vorliegende Untersuchung gewidmet ist, sind ihrem materiellen Gehalte nach die unbedeutendsten, ihrem Wesen und Werthe nach aber die wichtigsten: denn sie machen die Form, die Farbe und den Zusammenhang der Rede. —

ARGUMENTUM.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

Breuitatis causa notis uti liceat hisce:

Bae.: Untersuchungen über griechische Partikeln von Wilh. Bäumlein Stuttg. 1869.
Deu.: Matthaei Deuarii liber de ling. gr. particulis ed Reinh. Klotz. I.
Kl.: eiusdem libruol. II. Reinh. Klotzii adnotationes ad Deuarium continens.
Ha.: Lehre v. d. Part. d. griech. Spr. von J. A. Hartung. Erl. I. II.
Hoogeu.; Henr. Hoogeueeni doctrina particul. ling. gr. in epitomen redegit Chr. Gdf. Schütz [2]. 1806.
Kr. Di.: Griech. Sprachlehre f. Schulen v. K. W. Krüger, II. [5]. (Syntax).
Kueh.: Ausf. Gramm. d. griech. Spr. v. Dr. Raph. Kühner, II. [2]. 1870.
Matth.: Ausf. griech. Gramm. v. Aug. Matthiae. [3]. 1835.
Sern.: de particula γάρ scripsit B. Sernatinger, I. II. Rastatt 1875.
Thi.: Gr. Gramm. vorz. des homer. Dial. von Fr. Thiersch [3]. 1826.
Uig.: Franc. Uigeri Rotomag. de praecip. Gr. dictionis idiotismis cum adnott. H. Hoogeueeni, Car. Zeunii et Gdf. Hermanni hic illic recognitis [4]. 1834.

Schw.: Schweighaeuseri,
St.: Steinii,
Kr.: Kruegeri,
Ab.: Abichtii. editionem significat.

Praeterea quos inter grammaticos et editores adii, itemque quorum usus sum libellis ac dissertationibus, suo quisque loco nominabitur*).

* Confecto iam opusculo dissertatio in manus mihi uenit recentissima quam „de particularum nonnullarum apud Herodotum usu" scripsit Uictor Hoffmann, Halis 1880, qui et ipse quae in particulae γάρ usu Herodoteo maxime enotanda ipsi censuimus, paucissimis uerbis — quod consilium est illius libelli — adumbrauit; in quibus explicandis quod plerumque mecum consentientem uidi uirum doctum, magnopere gauisus sum.

De ipsius particulae γαρ natura ac ui noui quidquam dicere me posse ut despero, ita cum a consilio meo plane abhorreat, omnino supersedere possum. Qua de re qui diligentius erudire sese cupiunt, grammaticos adeant et eos, qui solam particularum doctrinam tractauerunt Deuarium, Uigerum, Hartungium, Klotzium, Baeumleinium, praeterea qui nuper doctissime et copiose de hac particula disputauit Sernatingerum.[1]) Attamen, quo facilius multa intellegantur eorum, quae hic explicaturus sum, haud alienum a re nobis proposita uidetur esse, paucissimis uerbis ante oculos legentibus proponere, quae de origine ac natura huius particulae uiris doctis placuerunt quaeque placita mihi habeantur ipsi.

Ac primum quidem, si ad ἐτυμολογίαν, quam Graeci uocant uel ut Quintiliani uerbis utar, ad „originationem" particulae γάϱ respicimus (inst. orat. I. 6, 28), iam nemo erit, qui uoculam γάϱ ex duabus particulis conflatam esse neget γέ et ἄϱα (Thi. p. 548, 4. Ha. I. p. 475. Kl. p. 250. Curtius, Etym. fund. [4] p. 675. Schoemannus, Lehre v. d. Redetheilen 1862. p. 196. Kueh. II. p. 724), id quod Hoogeueenus non nisi dubitans profiteri conatus est.[2])

Quarum particularum alteram γέ Baeumleinius, nulla ratione etymologiae habita, de qua ab alio aliam exhibitam esse ostendit sententiam (p. 54), ita adhiberi docet, ut notionem aliquam tamquam primariam e ceteris eiusdem enuntiationis secernat et quo magis prae ceteris emineat, in lucem quasi proferat,[3]) Schoemannum ut opinor secutus eandem particulae γέ uim ac notionem agnoscentem (p. 196).

---

[1]) De particula γάϱ scripsit B. Sernatinger. Beill. des Progr. des Gymn. zu Rastatt. I. II. 1874, 75. Hoc libello, beneficio uiri inlustrissimi ac doctissimi, quo rectore Lyceum Rastadtense laetissime nunc floret, mihi transmisso in conscribenda hac disputatione eximie me adiutum esse grato animo profiteor.

[2]) p. 97. I. particula γάϱ, quae ex γέ et ἄϱα composita esse uideri possit.

[3]) p. 54 extr.: „γέ hebt einen Begriff hervor, indem es ihn vor allem Uebrigen aussondert, alles Weitere von ihm ablöst und fernhält, so dass er allein ins Licht gestellt wird."

Alteri particulae ἄρα (de cuius etymologia Schoemannum adeas p. 193) idem Baeumleinius eam uult inesse primitiuam uim,[4]) ut enuntiationem aliquam ut certam per se ipsam ac stabilitam, neque ullius amplius argumentationis indigentem enotet.[5]) Hae duae particulae in unam uocem tam arcte, tamque mature coaluerunt ut noua existeret particula γάρ, quae suam certam notionem assumeret, neque iam in ea, e quibus egerminauerat uerba primaria diuelli se pateretur. Duabus uero praecipue causis apparet, uoculam γάρ iam apud Homerum, in simplicium particularum numero habitam esse et omnino antiquissimis iam temporibus originis huius particulae memoriam animis plane excidisse, quod bene exposuit Bae. p. 68. Nam primum nusquam formam γαρα inueniri docet productam. Deinde uero saepe particulas γάρ ῥα (ἄρα) coniunctas legi nullo alio uerbo interposito,[6]) quod perspicuum est fieri non potuisse, nisi particulae γάρ originis memoria obliterata fuisset, sed utramque etiamdum particulam γέ et ἄρα in uocula γάρ conflatam lingua agnosset. Dupliciter enim in una eademque sententia posita legeretur particula ἄρα: γ᾽ ἄρ ρά, quam particularum continuationem quod Sern. dicit ineptissimam esse toto animo ei assentior. —

Particulam γάρ igitur ad totam semper enuntiationem referendam esse tenendum est, eaque non uerborum, sed sententiarum rationem definiri. Ipsam autem primitiuam particulae γάρ uim ac notionem quaerentibus nobis haud difficile erit respondere. Etenim acceptis eis, quae de singulis particulis γέ et ἄρα posita erant fieri non potest, quin ea euadat particulae γάρ notio, quae utriusque uoculae γέ et ἄρα notiones amplectatur, easque in unam quasi conglutinet. Itaque particula γάρ, ut Baeumleinii utar uerbis, enuntiationem totam certam per se ratamque esse et indubitatam Graeci asseueratione quadam confirmant.[7]) Hanc particulae γάρ primitiuam ac naturalem esse notionem, qua, prouti res sese habeant affirmatur quidpiam neganti Sernatingero (I. p. 16), uereor, ut assentiri possim. Immo errare mihi uidentur, nec satis perspexisse particulae originationem grammatici ei, qui continuo uoculae γάρ

---

[4]) p. 21. „Es dient nämlich ἄρα, um etwas ohne weiteren Beweis und eines solchen nicht bedürftig, als unmittelbar gewiss, unbestritten und ausgemacht hinzustellen, dass etwas nun einmal, nun eben (halt) so ist, und keinem Zweifel unterliegt.“

[5]) quam uim primus Naegelsbachius monstrauit ad Il. I. p. 196. 1834.

[6]) exempla affert Sern. I. p. 14. Baeumleinium conlaudans haec docentem, et Ha. t. p. 439. 447. Kl. p. 257. Kueh. II. § 509. 8 b.

[7]) p. 68. ubi sagaci argumentatione ostendit, hanc particulae γάρ notionem, etiam si ad syntaxin respicis, primitiuam putandam esse. cf. Kueh. § 509. 8 a.

causalem notionem ut primariam obtrudunt, affirmatiuae illius rationem habent nullam, quod fecisse uideo Deuarium,[8]) Hoogeueenum[9]) alios. Contra optime mihi uidetur Ha. quo facilius primitiua uoculae γάρ uis intellegatur, cum affirmatiua nostra particula „ja“ eam contulisse, quam mire ad uertendam nostro sermone particulam γάρ quadrare exemplis facile demonstrari potest.[10])

Sed hanc, quam primitiuam uolui esse particulae γάρ asseuerandi uim tantum abest, ut etiam primariam dicam uel solam esse, ut omnino urgendam esse non censeam, nisi forte in eius modi sententiis, „quae probabili conclusae sunt argumentatione, sed non necessaria mathematicorum ratione.“ Nam quae maxime peruulgata est et per omnem antiquitatem fere sola usitata uis particulae γάρ ea est, ut rationem reddat alicuius rei, causamque afferat — quam notionem dicimus „causalem“ — et, — quam „explicatiuam“ uocamus — ut aliquid cuiusmodi sit explicet atque exponat. Explicandi uero et exponendi rationem confirmandi notioni uicinam esse atque finitimam bene Sern. docet I. p. 2. Neque uero, quomodo particula γάρ a naturali illa notione, quam optime „aduerbialem“ Bae. nominat (cf. Kueh. p. 724) ad causalem peruenerit, quam uocat „coniunctiuam“ (p. 68) difficile est intellectu. Etenim quodcumque sententiae alicuius causam afferre uel argumentationem uult, id ipsum per se constet, sitque certum et omni dubitatione liberum necesse est: quam affirmandi uim particulae γάρ inesse monstratum est. Qua in re uituperandi sunt et Hartungius et Schrautius,[11]) qui primitiuam illam

---

[8]) p. 48. γάρ αἰτιολογικὸς σύνδεσμος probationibus inseruit.

[9]) p. 97. Particula γάρ primo loco est „αἰτιολογική“, h. e. probationibus inseruit et causam reddit.

[10]) Pauca afferre liceat:

Uhland: Ihr Brüder, was sollte das Sträusslein mir,
ich hab' ja kein liebes Liebchen wie ihr.
Tieck: Wir kleinen goldnen Sterne sind dir nicht ewig ferne,
gerne, gerne, gedenken ja deiner die Sterne.
Prutz: O Herz, du musst dich fassen,
du hast's ja lang gewusst.
Rückert: Lässt mich denn Niemand ein,
ich will ja selbst nichts haben,
ich will ja nur am Schein
der fremden Weihnachtsgaben
mich laben ganz allein.
Chamisso: Ich habe nicht Geld, ich habe nicht Brod,
ich lebe ja nur von Hunger und Noth.

Quibus locis uis affirmatiua, quae particula „ja“ continetur, quam prope ad causalem accedat neminem effugiet.

[11]) Ueber die Bedeutung der Partikel γάρ in den scheinbar vorgeschobenen Sätzen. Rastatt 1857. Beill. des Progr. cf. Ha. I. p. 462.

uoculae γάρ asseuerandi notionem ut „certe", uel „saltem" uel „certe quidem" adeo urgendam esse censet, ut omnem aliam uim et ipsam causalem, quam nostratium „denn" recte interpretari solemus, particulae γάρ inesse neget et particulam „denn" ad interpretandum adhiberi uetet, quippe quae notioni uoculae γάρ minime respondeat et omnino ad exprimendam eam, quae uocula γάρ significatur sententiarum rationem parum apta sit,[12]) quae opinio quam sit inepta Sern. argumentatione sua satis demonstrauit eaque non salsa minus quam copiosa.

Itemque quae de conclusiua ui particulae γάρ posuit Klotzius (p. 232. sqq.) et Hartungius de eo, quem „suppletiuo-syllogisticum" uocat eiusdem uoculae usu (I. p. 462. 476) ea ob id ipsum reicienda sunt, quod una eademque uocula γάρ quiuis uidet non duas notiones e contrario fere oppositas posse contineri, causalem et „syllogisticam". Imprimis Hartungius uituperandus est, quod hunc quem urget uoculae γάρ usum linguae Graecae utique obtrudere studet,[13]) ita fere, ut eorum partes suscipere mihi uideatur, qui cogitationem lingua primorem esse rati „constitutores" quasi uel „inuentores" sermonis fuisse uolunt, eosque linguam quasi fabricatos esse, quam opinionem iure nunc reiectam esse Curtius egregie docuit in gramm. gr. Explann. [3] p. 157. —

Iam ipsam, quam mihi praeposui disquisitionem aggrediar, explicandi qualis sit apud Herodotum particulae γάρ usus.

CAPUT I.

§ 1. Ac primum quidem, quicunque huius diui auctoris historias degustauerit uel obiter cognouerit, Herodotum in usu nostrae particulae frequentissimum esse eaque frequentia, exceptis Homeri carminibus, nullum fere antiquitatis Graecae scriptorem eum aequiperasse non haesitans concedet. Hac frequentia quominus offendamur, ipsum totum Herodoti scribendi genus impedit, quod paululum, quale sit contemplari haud alienum uidetur esse. Herodoti stilum, quamquam ut Steinius

---

[12]) cf. p. 32. 33. 35. 38.
[13]) I. p. 476.

dicit[1]) permultos iam periodice coniungendi et artificiose componendi sententias eosque saepe miros quodammodo conatus exhibet, omnino ei dicendi generi assignandum esse satis constat, quod Aristoteles dicit *λέξιν εἰρομένην*.[2]) Huius dictionis quae propria sint et quibus in rebus differat ab ea cui opponitur *κατεστραμμένῃ λέξει* Thucydidis et eorum, qui Herodoto posteriores sunt scriptorum satis iam a uiris doctis explicatum est.[3]) Ceteroqui eadem fere est inter utrumque orationis genus differentia, quae inter „paratracticam", quam recens grammatica auctore Fr. Thierschio (gr. gr. § 315. sqq.) uocat et „hypotacticam", quam „*περιοδικήν*" appellat Aristoteles (l. l.) orationem, quorum generum alterum „singula incisa pari ordine iuxta se poni patitur, alterum eadem certis legibus inter se subiungi iubet",[4]) de qua differentia egregie disseruerunt, quos adeas C. Fr. Hermannus, l. l., Classenus, Beobacht. üb. d. hom. Sprachgebr., 1854. p. 3. sqq. Schoemannus, l. l. p. 172 sq. Kuch. II. § 517. 547. Curtius, gr. gr. explan. [3] p. 190 sqq. Horum igitur dicendi generum prius, *λέξιν εἰρομένην* dico, qua logographi, qui dicuntur ante Herodotum usi erant, hic cum exceperit, „exilem illorum austeritatem aridumque dicendi genus euitans" (Abicht. praef. p. XV) ita excoluit et promouit, ut summam huius dictionis perfectionem exhibeat et dignissimus uideatur, quem cum Hermanno non historiae tantum, sed „omnis cultae prosae patrem atque principem" nominemus (ibid. p. 6). Itaque quod omnino Herodoteae orationis proprium est, cum primarias quae dicuntur, enuntiationes iuxta ponere malit separatas neque firmis inter se uinculis conexas, quam ita instituere orationem, ut primariis secundariae subiungantur,[5]) idem in eis enuntiationibus factum esse uidemus, quae causali ratione inter se referuntur. Quo fit, ut particulae causales hypotacticae rarissimum apud Herodotum habeant locum, cum uoculae *γάρ*, quae paratactica est particula causalis (cf. Curt. gr. gr. schol. [10] § 624. *a*) frequentissimus sit et mirum quantus usus. Nam p l u s m i l l i e s s e x c e n t i e s legitur particula *γάρ* apud Herodotum, cum illas particulas hypotacticas non inuenerim nisi locis hisce paucissimis:

---

[1]) in eis, quae editioni suae notis inlustratae scholasticae praemisit, p. XLIV.

[2]) Rhetor. III. 9.

[3]) Creuzer, hist. Kunst. d. Griech. [2] p. 136. Zimmermann, Bemerkungen über den Stil des Herodot. Progr. Clausthal. 1850. p. 5. Stein, praef. p. XLIII. — Abicht, de uita et scriptis Herodoti commentatio p. XVI et praef. edit. schol. p. 27 sqq. c. notis.

[4]) Uerba sunt Car. Fr. Hermanni in disputatione „de protasi paratactica." Ind. schol. Götting. aest. 1851. p. 3 sqq.

[5]) cf. Car. Wendt „de oratione Herodoti" Progr. Greiffenb. i/P. 1856 p. 15.

ἐπεί (mera causali notione) I. 146, 3.[6]) V. 88, 2. VII. 96, 10. 103, 15. 114, 8. VIII. 111, 12.
ὅτι: I. 145, 4. 146, 17. III. 19, 3. IV. 1, 4. VII. 128, 6. VIII. 124, 5. 136, 4.
ὡς: VIII. 108, 15.
ἐπειδή: VIII. 110, 2.

Sed priusquam ad ipsos eos locos enumerandos accedam, quibus γάρ causam sententiae affert, uel argumentis aliquid confirmat, inquirendum erit, num apud Herodotum etiam illum, quem proprium posuimus particulae γάρ aduerbialem usum habeamus, quo γάρ ei tantum enuntiationi, cui additur affirmandae inseruit, utpote per se certissimae, cum eam nulla ratione ad sententiam aut superiorem aut insequentem referat eandemque uim habeat, quam uerbum: „profecto, re uera (ja — gewiss). Hanc notionem, quam permultis locis Homericis Bae. statuendam esse censuit (p. 69 sqq.), non probante, qui omnino hanc particulae aduerbialem notionem missam facit, Sernatingero (I. p. 32 sqq.) ego quidem, ut omnino urgeri iam supra nolui, ita ne apud Herodotum quidem ullo loco tam pertinaciter teneo, quin eadem uulgarem notionem argumentantem probari posse concedam et sentiendo cogitandoue enuntiatum γάρ inlatum ad ea, quae iuxta leguntur referri.

§ 2. Ac primum quidem in responsionibus cum γάρ legitur hanc, quam Bae.[7]) postulat aduerbialem particulae uim adeo non probauerim, ut uoculae γάρ causalem uim subiciendam et ad omissam quandam responsionis partem γάρ potius referendum esse censeam, quam ad eam tantum, cui additur enuntiationem ut mere confirmatiuum. Itaque quo loco solo apud Herodotum γάρ in responsione legitur — VII. 46, 7: ὁ δὲ εἶπε · ἐσῆλθε γάρ με λογισάμενον κατοικτεῖραι, ὡς βραχὺς εἴη ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος — nemo dubitabit eleganter sic cum Steinio uertere: freilich überkam es mich doch — neque uero quisquam partem aliquam responsionis omissam esse negabit, ut (οὐ μάτην δακρύω) ἐσῆλθε γάρ με κτέ.,[8]) ad quam cogitatione supplendam γάρ ita referatur, ut omissorum rationem reddere putandum sit. Hanc talem ellipsin in eiusmodi responsionibus statuendam esse ut iam Matthiaeus bene praecepit (II. p. 1464)[9])

---

[6]) In uersuum numeris afferendis Steinii editionem secutus sum scholasticam eamque recentissimam.

[7]) p. 68. 69. 75. cf. Ha. I. p. 459. 463.

[8]) Hoffmann aduerbialem uim urget uoculae „ja" l. c. p. 20.

[9]) Quare Schrautium noluerim temere cauillatum esse Matthiaeum (p. 52), quippe qui plurima in ipsis his rebus tam bene intellexerit, ut hodie plerisque probentur grammaticis, si quae minus bene uidit, non tam ingenii culpa sit, quam temporum.

et Gdf. Hermannus ad Uigerum p. 826, ita nuper sagaci qua solet argumentatione confirmauit et crebris exemplis cum graecis tum latinis inlustrauit Sernatingerus II. p. 53 sqq.

§ 3. Iam ad interrogationes transeamus quae particulam γάρ orationi inseruntur. In quibus explicandis quantopere homines docti inter se dissentiant qui cognoscere cupit, grammaticos inspiciat, quos hac de re consului Deuarium p. 52. Hoogeu. p. 101. 551. 611. Thie. § 351, 18. Gdf. Herm. ad Uig. p. 826 et ad Aristoph. nub. ² 192. Ha. I. p. 418. 478. Kl. p. 245 sqq. Schrautium p. 59 sq. Fritschium,[10]) Bae. p. 72. Kueh. II. 726. Sern. II. p. 45 sqq. Ex quibus eorum partes sequor, qui etiam in interrogationibus, in quibus ad uerba, quae interrogationis propria sunt particula γάρ adiuncta legitur hanc particulam ad praeeuntia ita referendam esse censeant ut rationem reddat sententiae cuiusdam uel notionis omissae, Hermannum, Thierschium, Kruegerum, qualem ellipsin ut solent abominati Hartungius et Klotzius Hoogeueenum secuti syllogisticam uel ratiocinatiuam uim uoculae γάρ subicere uolunt, cum Bae. his quoque locis nihil aliud sibi uelle particulam γάρ iudicet, nisi ut eam rem, de qua interrogamus certam per sese et exploratam esse indicet, ita quidem, ut ad aliam sententiam particula γάρ referenda sit nullam, Kuehnerus (p. 727) modo aduerbialem, modo coniunctiuam uim subiciat in interrogatione positae particulae γάρ. Contra Schrautius, id quod neminem alium eï concedere laetus uidi, particulam γάρ in elementa sua γέ et ἄρα ita dissoluendam esse ponit, ut eorum utrique sua certa ac primitiua uis uindicetur.

Apud Herodotum quibus interrogationibus legimus adiunctam particulam γάρ, eae omnes illi rogationum generi attribuendae esse mihi uidentur, quod recentiores grammatici ab altero genere, cui opponitur distinguentes earum rogationum, quae noscendi et perquirendi causa adhibentur, uocare solent „rhetoricum". In omnibus huiusmodi, quae apud Herodotum leguntur interrogationibus γάρ ad enuntiationem superiorem referenda est ut causalis. Uelut I. 75, 25. Herodotus opinionem quorundam de fluminis Halyos deriuatione ita a Thalete instituta, ut pristinus alueus prorsus exaresceret, refutans ut incredibilem „*ἀλλὰ τοῦτο μέν*" inquit „*οὐ προσίεμαι · κῶς γὰρ ὀπίσω πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν*"; Particula γάρ rationem reddi superioris enuntiationis, qua opinionem illam repudiat, ut nemo negabit, ita oratoriam esse hanc interrogationem non dubitans quiuis concedet.

III. 81, 9 *ὁ μὲν γὰρ* (scil. *ὁ τύραννος*) *εἴ τι ποιέει γινώσκων*

---

[10]) „Nam, enim, etenim, ἄρα, γάρ", Progr. Wetzlar. 1859. p. 14.

ποιέει, τῷ δὲ (sc. *ὁμίλῳ*) *οὐδὲ γινώσκειν ἔνι · κῶς γὰρ ἂν γινώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη.*

IV. 118, 12. *ἡμεῖς μὲν πιεζόμενοι ἐκλείψομεν τὴν χώρην, ἢ μένοντες ὁμολογίῃ χρησόμεθα · τί γὰρ πάθωμεν μὴ βουλομένων ὑμέων τιμωρέειν.*

VII. 21, 3. *τί γὰρ οὐκ ἤγαγε ἐκ τῆς Ἀσίης ἔθνος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης.*

IX. 122, 4. *ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ — φέρε — μεταναστάντες ἐκ ταύτης* (*γῆς*) *ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω — — —. Κότε γὰρ δὴ καὶ παρέξει κάλλιον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολλῶν ἄρχομέν κτέ.* Praeterea huc referenda uidentur esse quae uerba legimus III. 120, 10: *τούτους* (*Μιτροβάτεά τε καὶ Οροίτεα*) *ἐκ λόγων ἐς νείκεα συμπεσεῖν · κρινομένων δὲ περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν τὸν Μιτροβάτεα τῷ Οροίτῃ προςφέροντα · σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ, ὃς βασιλέϊ νῆσον Σάμον, πρὸς τῷ σῷ νομῷ προς κειμένην οὐ προςεκτήσαο.* Quem sermonem optime mihi uideor ita construere ut uerba *σὺ γάρ κτέ.* per interrogationem dicta accipiam, id quod fecit Schw., Baehrius, Rawlinsonius, Langius, non fecerunt Kruegerus, quamquam et ipse recte sensum intellexit, Abichtius, Steinius. Etenim haec Mitrobates mihi uidetur hocce modo loqui: Tune in uirorum numero habearis, qui Samum insulam — — in Regis potestatem non redegisti? Neque uero, id quod alii uolunt (Bae. p. 74 c) particula *γάρ* id ualet, ut efferat ipsam interrogandi uim eius, cui addita est interrogationis, sed hic quoque causalem quandam uim retinere mihi uidetur, quippe quae referenda sit ad eam, quae uerbo „*προφέροντα*" implicata est exprobrandi notionem, quam Mitrobates ea, quam subnectit interrogatione tamquam fulcire studet. Simili modo Steinius particulam *γάρ* refert ad uerba quaedam uelut: „*οὐδέν σοι μέτεστι ἀρετῆς*" mente supplenda ex antecedentibus quae sunt *κρινομένων περὶ ἀρετῆς.*

§ 4. Reliquum est, ut pauca dicam de particulis *αἰ* (*εἰ*) *γάρ* in eiusmodi sententiis coniunctim sic positis, quae optandi uim habent, de qua structura plenius disputauerunt qui inspiciantur grammatici Hoogeu. p. 177 et ad Uig. ⁴ p. 503. Ha. I. p. 480, 5.[11]). Kl. p. 243. Bae. p. 74. Kueh. II. p. 726. Sern. II. p. 62 sqq. — Quod Schuetzius docet (ad Hoog. p. 177) etiam in his locis *γάρ* uim suam causalem retinere, ita ut ad sententiam aliquam ante optationem mente addendam referatur, cuius rationem reddat, quamquam nemo erit, quin ei concedat, tamen in huiusmodi sententiis tenendum esse puto, quod bene

[11]) Qui quod notat: die Partikel *γάρ* will hier ungefähr soviel sagen als der deutsche Ausdruck: ey so, z. B. „ey so wünsche ich, dass dies oder jenes geschehe", uereor, ut in explicando hoc usu multum profecerit. Aliud enim est, uertere uerba, aliud explicare.

Sern. monet (II. p. 64), consuetudinem atque usum sensim ac paulatim ita tulisse, ut obscurata plane particularum *εἰ γάρ* sic iunctarum primitiua significatione nil aliud sibi uellet haec formula, quam ut optationis, cui adderetur, uim urgeret atque efferret. Quare ne Herodotum quidem puto de huius formulae originatione cogitasse, cum Croesum loquentem fecit I. 27, 11: *αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι*: quamquam si plena esset oratio et ante optationem comprobandi uel exsultandi notionem quandam exspectaremus, ad quam *γάρ* referretur, et post optationem quae deest apodosin.

§ 5. Neque uero si — id quod optationi finitimum est modo imperatiuo particulam *γάρ* adiunctam legimus, haec uocula aliam, quam credo postulaturos esse Hartungios et Klotzios, uim habet, nisi eam ut ratione quadam causali ad sententiam praeeuntem imperatiuum referat. Uelut VIII. 60, 101 Themistocles Eurybiadi suadet, ut apud Salaminem manens pugnam naualem committat, quod ipsius consilium optimum esse et saluberrimum demonstraturus „*ἀντίθες γάρ*“ inquit „*ἑκάτερον ἀκούσας· πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων ἐν πελάγει ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσεις — τοῦτο δέ κτἑ.* Quod *γάρ* caueas, ne interpreteris: (so) höre denn — quo conclusiuam, quam non habet uim uoculae *γάρ* subiceres. Immo causalis est particula *γάρ*, nam uerbis *ἀντίθες γάρ κτἑ.* Themistocles argumenta, quibus monstrare studet saluti Graeciae euenturum esse quod suadet, Eurybiadi offert, eaque ut consideret adhortatur. Quare particula *γάρ* ad uerba demum *πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ κτἑ* potius trahenda erat quibus ipsa haec argumentatio incipitur. Praeterea II. 125, 13. VII. 16, 8. 3. VIII. 80, 3.

Sed ne longus sim in re aperta et omni dubitatione libera, quam, nisi in ipsis facillimis rebus explicandis saepe uideremus studium quorundam, abstrusissima quaeque et a simplicitate iudicandi alienissima sectandi, ne uerbo quidem attigissem, iam ad frequentissimum illum dicendi usum accedam, quo particula *γάρ* ita adhibetur, ut sententiae antecedentis rationem reddat.

CAPUT II.

Hic usus uoculae γάρ ut per totam Graecitatem longe usitatissimus et fere solus est, ita in ipso Herodoto mirum est, quam late pateat. Huius frequentiae causam afferre cum iam supra conatus sim, hic id tantum addere liceat, ipsa huius uoculae γάρ frequentatione Herodoti orationem declarare se ad cottidianae sermocinationis usum proxime accedere.[1])

Ipse uero hic, quem nunc tractaturus sum huius uoculae usus duplex est. Nam primum permultis locis ita particula γάρ antecedentis enuntiationis rationem reddit, ut argumentis aliquid confirmet probetue, quibus in locis nostro sermone reddi solet uocula „denn", deinde ita adhibetur, ut aliquid cuiusmodi sit copiosius explicet et explanet, qui particulae usus Nostratium uoculae „nämlich" fere respondet. Quorum alterum usum ad alterum saepissime tam prope accedere, ut omnino nihil interesse appareat, utrum confirmandi an explicandi notionem particulae γάρ malimus subiectam esse, quamquam rectissime notauerunt Ha.,[2]) Bae, et qui hos laudat Sern. (I, 42): tamen data, utram praeferamus notionem eligendi uenia usus si separandi periculum feci a locis explicatiuis eos, quibus γάρ meram mihi uidetur causalem uim prae se ferre, uix uereor, ne uiris doctis hic labor improbetur. Cuius usus cum neutrum genus ullam habeat difficultatem, sed in cognitione tam facili utrumque uersetur, ut disputatione omnino non egeat, satis habebo eos enumerare locos, quibus aut illam aut hanc particulae γάρ notionem usurpandam esse censui.

§ 1. Ac primum quidem hanc habemus in Herodoto illorum locorum ingentem nubem, quibus particulae γάρ simplicem illam et ueram argumentandi notionem nostri „denn" subiectam esse uelim, quorum unum uerbis exscribere et explicare supersedere possum:

I. 3, 5. 4, 3. 8. 15. 5, 4. 15. 6, 11. 7, 6, 9, 6. 10, 10. 11, 6. 9. 14, 14. 17, 11. 18, 7. 13. 22, 5. 8. 29, 10. 30, 23. 31, 5. 18. 32, 8. 9. 25. 28. 45. 50. 36, 15. 38, 8. 9. 39, 7. 41, 12. 42, 3. 48, 8. 50, 20. 51, 12. 17. 55, 3. 56, 11. 61, 20. 65, 23. 68, 3. 69, 14. 71, 17. 72, 3. 73, 26. 74, 19. 21. 77, 8. 10. 78, 8. 81, 4. 82, 38. 84, 8. 9. 85, 10. 87, 18. 19. 88, 13. 91, 12. 16. 23. 24. 25. 92, 17. 94, 16. 97, 5. 98, 7. 105, 10. 106, 3. 108, 9. 110, 10. 111, 23. 112, 5. 15. 114, 19. 12. 115, 8. 10. 117, 15. 118, 7. 120, 10. 15. 16. 25.

---

[1]) cf. Otf. Muelleri hist. liter. gr. I. p. 456. — Abicht, de uita et scriptis H. commentat. p. XV. ubi: „eam dicendi formam probauit et excoluit qua uiua uox uti solet".

[2]) I. p. 469, cf. Bae. p. 82. Sern. I. p. 2.

123, 4. 124, 5. 7. 17. 126, 16. 24. 129, 14. 132, 10. 16. 134, 18. 135, 2. 137, 11. 140, 5. 6. 9. 142, 4. 143, 3. 8. 149, 6. 153, 18. 155, 6. 16. 160, 7 (bis). 166, 10. 11. 167, 11. 170, 15. 171, 4. 29. 174, 14. 24. 176, 15. 182, 5, 183, 8. 187, 8. 191, 21. 193, 14. 194, 23. 25. 195, 10. 198, 6. 199, 10. 18 (bis). 19. 26. 203, 3. 204, 7. 10. 206, 4. 207, 14. 16. 20. 209, 10. 215, 11. 216, 2.

II. 3, 6. 5, 2. 7. 7, 9. 8, 2. 10, 3. 7. 13, 20. 15, 11. 16, 7. 9. 17, 10. 11. 18, 10. 23, 3. 22, 3. 24, 7. 25. 29, 19. 30, 14. 31, 3. 7. 33, 8. 11. 34, 4. 41, 27. 44, 10. 45, 10. 49, 3. 13. 15. 50, 2. 4. 12. 52, 4. 10. 53, 4. 64, 3. 7. 68, 6. 8. 73, 3. 77, 11. 15. 78, 7. 81, 5. 8. 83, 3. 84, 3. 95, 4. 97, 3. 98, 7. 99, 14. 103, 5. 104, 6. 8. 20. 106, 11. 108, 11. 110, 9. 112, 12. 114, 5. 116, 24. 117, 3. 121. ζ, 9. 124, 4. 16. 125, 13. 126, 4. 129, 8. 131, 10. 133, 11. 12. 134, 7. 11. 135, 9. 21. 136, 5, 23. 137, 13. 19. 138, 2. 9. 139, 11. 141, 15. 142, 8. 146, 4. 147, 5. 148, 5. 12. 20. 26. 149, 9. 150, 5. 9. 160, 18. 162, 8. 19. 169, 20. 172, 18. 173, 9. 15. 175, 20. 180, 8. 181, 15.

III. 1, 5. 4, 12. 10, 3. 12, 13. 14, 18. 15, 13. 16. 16, 10. 19, 8. 12. 21, 12. 22, 21. 23. 26, 12. 33, 3. 34, 17. 21. 38, 2. 3. 39, 12. 15. 40, 11. 45, 12. 47, 13. 48, 2. 50, 3. 52, 15. 53, 5. 57, 3. 59, 13. 62, 13. 65, 11. 19. 66, 12. 14. 68, 16. 20. 24. 69, 5. 14. 71, 10. 14. 18. 72, 12. 17. 18. 78, 16. 80, 7. 11. 13. 16. 20. 22. 32. 81, 5. 8. 9. 14. 82, 4. 7. 8. 12. 19. 30. 83, 8. 88, 6. 97, 3. 99, 13. 102, 6. 9. 104, 4. 105, 4. 9. 106, 3. 107, 8. 108, 15. 112, 3. 115, 3. 8. 117, 18. 118, 5. 120, 4. 123, 2. 124, 11. 125, 8. 17. 127, 13. 129, 5. 134, 11. 13. 17. 22. 23. 135, 2. 142, 12. 143, 12. 146, 10. 150, 3. 151, 5. 9. 152, 8. 153, 10. 155, 34. 156, 14. 158, 3. 160, 3. 8.

IV. 1, 2. 10. 13. 3, 15. 8, 11. 9, 15. 11, 10. 12, 9. 15, 9. 16, 3. 4. 23, 16. 17. 21. 24, 3. 25, 3. 32, 4. 36, 1. 41, 2. 4. 42, 3. 4. 45, 26. 46, 3. 12. 47, 3. 49, 16. 50, 5. 10. 15. 53, 5. 62, 9. 64, 4. 11. 75, 7. 76, 28. 79, 11. 80, 14. 81, 3. 85, 8. 97, 17. 101, 4. 105, 8. 109, 1. 110, 4. 111, 2. 114, 11. 118, 14. 119, 19. 126, 4. 129, 4. 133, 6. 137, 9. 139, 13. 140, 5. 144, 7. 145, 17. 148, 11. 152, 15. 154, 2. 155, 19. 157, 10. 158, 10. 159, 21. 165, 6. 7. 167, 9. 14. 170, 3. 180, 17. 181, 12. 183. 11. 184, 15. 185, 7. 8. 187, 13. 189, 3. 8. 12. 191, 9. 13. 196, 13. 198, 6. 8. 11. 205, 2. 4.

V. 2, 8. 5, 10. 10, 5. 12, 14. 13, 16. 18, 21. 20, 15. 29, 11. 30, 8. 18. 31. 38, 9. 45, 7. 46, 11. 48, 3. 49, 8. 15. 50, 7. 12. 54, 9. 63, 9. 13. 65, 3. 67, 26. 68, 5. 69, 6. 70, 9. 72, 19. 73, 6. 75, 10. 12. 84, 5. 86, 3. 91, 13. 24. 92, α. 7. η, 5. 12. 13. 94, 9. 97, 4. 13. 98, 11. 99, 4. 104, 2. 106, 5. 24. 111, 15. 20.

VI. 6, 3. 14, 6. 15, 4. 21, 6. 8. 23, 12. 24, 6. 27, 2. 31, 12. 32, 4. 33, 3. 16. 40, 4. 41, 19. 44, 13. 15. 45, 6. 46, 5. 50, 7. 9. 53, 6. 58, 10. 61, 27. 63, 11. 68, 11. 69, 11. 20. 26. 31. 71, 5.

77, 7. 78, 5. 79, 9. 82, 12. 86, α. 2. 15. β, 10. 89, 4. 9. 97, 8. 98, 6. 100, 8. 106, 8. 12. 108, 3. 11. 109, 13. 28. 111, 4. 112, 11. 123, 8. 124, 6. 7. 132, 6. 136, 7. 137, 17. 139, 17.

VII. 3, 18. 8, α, 3. γ, 7. 10. 9, γ, 9. 10, β, 5. δ, 5. 6. ε, 5. 9. η, 5. 7. 9. 11, 8. 18. 13, 6. 15, 8. 16, β, 5, γ, 3. 8. 14. 20, 4. 23, 11. 24, 4. 26, 8. 28, 5. 29, 16. 40, 17. 46, 7. 15. 49, 6. 18. 50, 4. 21. 26. 51, 3. 8. 9. 52, 12. 53, 7. 56, 8. 60, 2. 62, 3. 64, 9. 70, 6. 87, 4. 88, 4. 96, 7. 101, 9. 102, 16. 103, 8. 20. 28. 104, 18. 19. 108, 3. 111, 4. 120, 8. 121, 6. 126, 6. 128, 9. 129, 25. 28. 130, 5. 9. 135, 14. 17. 136, 6. 14. 137, 7. 138, 4. 139, 19. 23. 140, 8. 10. 142, 7. 8. 150, 12. 143, 18. 155, 12. 156, 6. 157, 6. 15. 19. 22. 161, 13. 16. 166, 9. 10. 168, 2. 7. 172, 14. 17. 173, 16. 175, 5. 12. 177, 2. 178, 4. 182, 5. 187, 9. 188, 5. 190, 10. 191, 5. 194, 16. 199, 5. 200, 5. 203, 3. 9. 206, 8. 208, 7. 15. 209, 14. 19. 214, 6. 11. 218, 8. 220, 20. 222, 5. 223, 3. 4. 13. 18. 233, 12. 14. 234, 4. 15. 236, 6. 19. 237, 5. 239, 13.

VIII. 2, 7. 3, 6. 10, 16. 12, 8. 16, 6. 10. 19, 10. 29, 4. 31, 10. 32, 3. 35, 5. 37, 10. 40, 6. 44, 4. 46, 19. 59, 5. 57, 8. 60, 5. 10. 15. 21. 61, 4. 10. 62, 5. 63, 4. 64, 7. 65, 14. 26. 66, 8. 16. 68, α, 7. β, 6. 8. 70, 4. 71, 11. 75, 17. 77, 10. 79, 16. 18. 80, 2. 3. 4. 7. 12. 81, 3. 7. 82, 9. 86, 4. 87, 18. 89, 5. 10. 90, 13. 93, 7. 9. 100, 14. 21. 26. 102, 6. 9. 12. 103, 1. 2. 105, 8. 108, 14. 109, 12. 110, 2. 111, 4. 16. 113, 3. 118, 16. 132, 13. 133, 7. 136, 4. 10. 137, 10. 140, α, 11. 12. β, 3. 5. 6. 13. 142, 6. 8. 22. 143, 15. 144, 9. 26.

IX. 2, 9. 7, 29. 31. 10, 8. 16, 27. 17, 5. 20. 18, 14. 16. 22, 11. 16. 24, 5. 25, 9. 26, 35. 38. 27, 23. 37. 31, 24. 32, 10. 14. 33, 4. 34, 3. 37, 28. 39, 7. 40, 3. 6. 42, 3. 45, 6. 7. 13. 16. 46, 10. 48, 7. 13. 49, 15. 50, 6. 59, 5. 61, 5. 13. 62, 10. 63, 10. 11. 64, 6. 67, 4. 76, 13. 78, 15. 79, 5. 89, 8. 17. 90, 18. 92, 2. 5. 93, 8. 24. 96, 7. 8. 97, 10. 98, 15. 101, 3. 7. 106, 10. 25. 108, 8. 109, 7. 110, 16. 111, 25. 113, 10. 120, 7. 15. 122, 15. 16.

§ 2. Contra eorum locorum, quibus particula γάρ explicatiuam illam uim habere mihi uidetur, quae est in nostra uocula „nämlich“ haecce exstat frequentia:

I. 1, 7. 2, 9. 9, 7. 13, 2. 17, 3. 28, 3. 29, 9. 34, 7. 36, 15. 38, 4. 50, 2. 51, 10. 56, 8. 59, 4. 6. 29. 65, 4. 68, 9. 69, 15. 73, 5. 75, 11. 79, 7. 82, 5. 92, 2. 93, 12. 110, 7. 112, 10. 122, 9. 124, 13. 134, 3. 141, 20. 144, 6. 147, 9. 149, 5. 151, 2. 152, 2. 153, 11. 157, 12. 160, 8. 162, 7. 165, 6. 168, 2. 171, 9. 172, 6. 173, 2. 8. 180, 2. 182, 9, 186, 7. 191, 12. 192, 18, 193, 8. 33. 194, 5. 196, 17. 33. 197, 3. 207, 26. 34. 214, 7. 215, 5. 216, 4.

II. 2, 17. 6, 5. 9, 8. 12, 9. 13, 14. 18, 4. 25, 7. 28, 16. 32, 16. 37, 15. 51, 4. 28. 42, 3. 20. 51, 6. 11. 58, 7. 59, 4. 60, 2. 61, 3. 65, 4. 66, 12. 68, 3. 22. 74, 6. 77, 8. 82, 6. 89, 7. 91, 21. 93, 11.

99, 7. 19. 104, 1. 107, 9. 118, 5. 119, 6. 9. 121, α, 6. β, 13. 125, 9. 127, 7 (bis). 130, 9. 132, 10. 134, 15. 17. 135, 11. 136, 24. 140, 4. 141, 18. 143, 7. 147, 17. 150, 10. 20. 155, 4. 156, 25. 161, 10. 164, 7. 181, 20.

III. 2, 4. 4, 13. 5, 2. 10, 10. 12, 2. 13, 16. 16, 2. 24, 7. 25, 24. 31, 4. 34, 2. 13. 35, 4. 37, 5. 47, 9. 48, 6. 15. 50, 4. 52, 27. 55, 4. 58, 3. 65, 6. 67, 7. 70, 10. 77, 2. 91, 14. 102, 19. 111, 2. 112, 4. 113, 8. 121, 7. 122, 7. 17. 126, 4. 137, 20. 138, 13. 142, 4. 154, 11. 155, 17. 157, 8. 159, 10.

IV. 1, 6. 8. 14. 7, 18. 14, 3. 27, 7. 31, 7. 33, 11. 35, 10. 43, 7. 12. 45, 10. 52, 7. 53, 19. 62, 17. 78, 4. 81, 16. 89, 6. 99, 13. 105, 4. 108, 7. 10. 118, 17. 120, 21. 122, 8. 144, 3. 147, 14. 17. 154, 4. 12. 155, 12. 159, 8. 162, 3. 166, 4. 7. 183, 16. 184, 18. 187, 5. 17. 198, 3. 199, 3.

V. 1, 5. 12. 17, 8. 21, 3. 22, 8. 28, 4. 10. 34, 1. 35, 9. 39, 4. 47, 9. 51, 5. 52, 1. 27. 54, 5. 65, 8. 67, 3. 72, 15. 74, 7. 81, 8. 86, 15. 87, 18. 90, 3. 92, β, 1. δ, 2. ζ, 7. η, 8. 95, 17. 109, 6. 121, 2.

VI. 9, 15. 19, 1. 21, 3. 22, 7. 40, 4. 43, 14. 52, 1. 60, 14. 68, 6. 69, 19. 75, 6. 14. 76, 1. 4. 84, 5. 104, 3. 115, 7. 121, 6. 125, 4. 126, 4. 128, 9. 137, 5. 14. 15.

VII. 2, 4. 6, 4. 15. 9, β, 3. 7. 22, 3. 9. 23, 14. 26, 4. 46, 12. 53, 9. 57, 3. 8. 58, 3. 61, 16. 88, 5. 106, 6. 123, 7. 125, 8. 129, 3. 131, 2. 134, 3. 135, 3. 16. 137, 14. 140, 1. 141, 16. 147, 10. 148, 6. 154, 10. 163, 6. 165, 14. 168, 26. 172, 1. 3. 193, 12. 205, 1. 212, 5. 217, 9. 218, 2. 219, 8. 220, 10. 223, 10. 225, 8. 239, 6. 9.

VIII. 3, 1. 10. 8, 11. 13, 5. 20, 1. 5. 21, 2. 26, 11. 27, 4. 8. 28, 4. 30, 2. 31, 4. 32, 11. 33, 1. 37, 13. 38, 7. 40, 8. 42, 3. 47, 3. 50, 4. 71, 2. 87, 4. 10. 88, 4. 90, 17. 91, 3. 94, 10. 98, 5. 104, 1. 105, 3. 6. 136, 10. 128, 11. 141, 9.

IX. 7, 2. 15, 4. 18, 12. 26, 2. 30, 8. 33, 6. 37, 3. 11. 14. 41, 21. 50, 7. 51, 22. 55, 3. 56, 8. 57, 14. 60, 9. 70, 7. 73, 4. 78, 11. 83, 5. 90, 3. 98, 21. 99, 7. 102, 12. 116, 5.

§ 3. His uero locis primum addendi erunt ei, quibus *γάρ* siue explicatiuam habet, siue argumentationis uim, in eiusmodi enuntiationibus legitur, quas „interpositiones“ dicere solemus „*παρενθέσεις*“ Graeci uocant. Huius uero, „interpositionis“ sensum cum bene Quintilianus explicet, instit. or. IX. 3, 23, ubi „unum (genus)“, inquit, „quod interpositionem uel interclusionem dicimus, Graeci *παρένθεσιν*, *παρέμπτωσιν* uocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit“, [3]) eas tantum enuntiationes huc referendas esse censeo, quae siue

---

[3]) cf. Zimmermann, Bemerk. üb. d. Stil d. H. p. 12: „Das Wesen der Parenthese besteht eben darin, dass sie mit den sie umgebenden Worten in keinem grammatischen Zusammenhange steht“.

argumentationem quandam continent, siue explicationem, ita per particulam *γάρ* mediae orationi inseruntur, ut ea, quam instituerat loquens uerborum continuatio et periodus non turbetur. Praeterea tenendum est, eiusmodi enuntiatis plerumque rem aliquam indicari et afferri, quae et minoris per se momenti est et eo ipso demum, quo profertur momento loquenti in mentem uidetur uenisse. Saepissime denique ut omnino tales interclusiones, ita eas praecipue, quae ab Herodoto alicuius rei explicandae gratia orationi per particulam *γάρ* inseruntur, relatiua melius constructione adnecti superioribus potuisse uix est, quod moneam, quodque in ipso Herodoto nos offendat, cuius studium iuxta potius continuandi, quam subiungendi sententias quantum sit satis iam mihi uideor demonstrasse.[4])

Γάρ causale in interpositionibus legitur hisce:
I. 8, 11, 42, 7. 28, 3. 49, 5. 75, 12. 77, 10. 114, 19. 152, 2. 172, 4. 215, 3.
II. 149, 19.
III. 2, 6. 21, 10. 75, 10. 91, 5.
IV. 9, 17. 10, 2. 17, 1. 30, 2. 113, 7.
V. 31, 9. 36, 13. 67, 20.
VI. 51, 4. 69, 24. 99, 5. 109, 3. 7.
VIII. 75, 12. 76, 15. 87, 8. 109, 3. 113, 9. 128, 5.
IX. 71, 5. 87, 8.

e. g. affero IV. 113, 7: *καὶ φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε (οὐ γάρ συνίεσαν ἀλλήλων), τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε κτέ*, ubi particula *γάρ* causam interponit Herodotus cur colloqui puella illa cum Scytha non potuerit, non illam quidem dictus utique necessariam, utpote quam quiuis etiam in praeeuntibus uerbis intellegat, tamen eam Herodotus, quo est augendae sermonis perspicuitatis studio audientibus afferendam esse censet.

Γάρ explicatiuum hisce Herodotus locis exhibet:
I. 2, 3. 64, 7. 77, 4. 8. 151, 4. 174, 9.
II. 12, 9. 14, 5. 68, 23. 76, 6. 96, 21. 99, 21. 121, *α*, 13. *β*, 6. 141, 18. 162, 14. 145, 17. 180, 3.
III. 14, 45. 16, 7. 55, 9. 62, 2. 7. 69, 22. 87, 2. 90, 4. 91, 10. 97, 16. 121, 3. 9.
IV. 11, 5. 72, 3. 85, 4. 10. 103, 6. 192, 4.

---

[4]) Per relatiuam potius constructionem parentheses particula *γάρ* insertas: „syntactica" quae dicitur oratio redderet fere hasce: I. 50, 17. *οὗτος ὁ λέων κατέπεσε ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων (ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο) καὶ νῦν κέεται κτέ*: de semilateribus, super quibus erat collocatus, decidit. I. 2, 30. II. 14, 5. 162, 14. III. 15, 13. 14, 45. 52, 27. 55, 9. 70, 10. 90, 4, 91, 5. 105, 9. 121, 9. IV. 1, 10. 17, 1. V. 31, 9. 95, 10. VI. 23, 12. 89, 7. 116, 7. VII. 113, 9.

V. 54, 8. 75, 12.
VI. 75, 12. 96, 3. 109, 7. 116, 7.
VII. 70, 3. 95, 8. 117, 5. 197, 5. 205, 7.
VIII. 85, 2.
IX. 38, 7 61, 8. 102, 16.

§ 4. Deinde saepius apud Herodotum ita *γάρ* adhibitum uidemus, ut quamquam particula uim suam usitatam, aut argumentationis, aut explicationis retinere putanda est, tamen primo aspectu ratio enuntiationum particula *γάρ* iunctarum non statim perspiciatur.

I. 82, 38. *Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτου ἔθεντο νόμον· οὐ γὰρ κομέοντες πρὸ τούτου ἀπὸ τούτου κομᾶν.* Quae uerba interpretum plerique recentiorum ita accipienda esse censuerunt, ut infinitiuus *κομᾶν* etiam a uerbis quae sunt *ἔθεντο νόμον* pendere putandus sit, quae cogitatione iterare licet Baeh. Krueg. Stein. Ab., quibus assentior. Contra Reiskio orationis seriem turbare particula *γάρ* uisa est, Wesselingio ita usurpata esse, ut subsequentium rationem reddat et in parenthesi uerba *οὐ γὰρ κομέοντες κτέ.* posita esse cogitanda sint. Quomodo hoc fieri recto sensu possit ut intellegere nequeo, ita ualde miror, quod Wess. Eustathium spreuerit rectissime haec uerba sic construentem: *Λ. δέ, νικήσαντες ἔθεντο νόμον, μὴ κομῶντες πρῴην, ἀπὸ τούτου κομᾶν.*

IV. 2, 14. *τούτων μὲν εἵνεκα ἅπαντα τὸν ἂν λάβωσι οἱ Σκύθαι ἐκτυφλοῦσι· οὐ γὰρ ἀρόται εἰσὶ ἀλλὰ νομάδες.* Harum enuntiationum rationem non satis elucere quod Steinius adnotat, nemo erit, quin concedat. Quare ualde miratus sum, quod et Baehrius et Kruegerus in ea acquiescunt, quam Schw. dedit interpretatione ad uerba *οὐ γὰρ ἀρ. εἰσί* supplens „*οἱ ἐκτυφλοῦντες*“: „nempe“ inquit, non nisi nomades (i. e. pastores) Scythae excaecant seruos: agro colendo caeci parum habiles erant futuri,“ itemque Rawlinsonius. Quasi pascentibus minus oculi necessarii sint, quam agros colentibus! Praeterea quam parum probabilis omnis haec narratio sit Steinius tam clare exposuit, ut mihi ipsi Herodotum falsa in errorem ductum esse appareat, cum ne ea quidem, quam St. suasit uerborum *οὐ γ. κτέ* transpositione, ita ut post ea legantur, quae initio huius capitis legimus *τοὺς δὲ δούλους οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι — ὧδε —* medelam afferri sensui corrupto uideam, quamquam grammaticae uerborum structurae eadem satisfieri concedendum est.

VI. 53, 2. *τὰ δὲ κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω, τούτους τοὺς Δωριέων βασιλέας μέχρι μὲν δὴ Περσέος τοῦ Δανάης — καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων καὶ ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσι Ἕλληνες.* Sic scribendum esse mihi cum Steinio persua-

sum est. Nam uerba γὰρ δή quae libris PR et Aldina (Z.) nisus Baeh., quem sequitur Krueg. et Ab., post τούτους ita in textum recipi uult, ut maiore posita post uerbum γράφω incisione nouam enuntiationem incipiant, cuius accusatiui „βασιλέας — καταλεγομένους καὶ ἀποδεικνυμένους a uerbo γράφω (uel quod Krueg. uult ἀποφαίνω) ex antecedentibus subaudiendo pendere putandi sint:[5]) his uerbis — γὰρ δή nullus omnino locus potest dari. Etenim, quod dicendi genus apud Herodotum saepe ursurpatum uidemus, quo uerbum quoddam demonstratiuum participium statim excipiat, quod cum illi quasi appositiuum addatur, explanationem et explicationem eam continet, quam demonstratiuum postulat,[6]) eo etiam hoc loco usus est, ita ut neque particula γάρ opus sit, neque in duas enuntiationes uerba dissoluenda, neque uerbum aliquod accusatiuos illos regens supplendum.

VI. 111, 8 Herodotus, postquam narrauit quomodo acies Atheniensium ante pugnam Marathoniam instructa sit, sic pergit: *τελευταῖον δὲ ἐτάσσοντο ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας Πλαταιέες· ἀπὸ ταύτης γάρ σφι τῆς μάχης Ἀθηναίων θυσίας ἀναγόντων — κατεύχεται ὁ κῆρυξ ὁ Ἀθηναῖος ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι.* Hic quod plerique interpretes particulae γάρ uim causalem ita retinere studuerunt, ut ellipsin statuendam esse putarent eius sententiae, cuius γάρ rationem reddit (ut Baehrius,[7]) Krueg., Abichtius, alii) id ea de causa mihi uidentur fecisse, quod γάρ uoculam temere omittere uererentur, quippe quae in nullo eorum, qui exstant codice non legatur.

Tamen persuadere mihi non possum Herodotum, quem in elliptico particulae γάρ usu mirum quam parcum esse infra ostendam, talem qualem illi supplere uoluerunt sententiam audientibus reliquisse mente addendam, quippe quam ex ipsis, quae leguntur uerbis statim intellegere nemo possit. Neque uero quod Steinius, qui γάρ separauit, eodem modo uerba ἀπὸ

---

[5]) Etiam Melander. in doctissima illa, quam de anacoluthiis Herodoteis instituit disputatione (Lundae 1869) particulas γὰρ δή retinens hunc locum in eorum numerum referri uult, in quibus membrum aliquod orationis secundarium primaria pars non rite sequatur, ita ut nostro loco uerba τούτους τοὺς βασιλέας κτέ. nullum uerbum habeant quo referantur.

[6]) Huius dicendi usus exempla St. conlegit ad V. 16, 3.

[7]) Hartungium, ut uidetur, secutus, qui hunc locum sic explicat (I. p. 464. ext.): „wenigstens betet ja seit dieser Zeit der Herold für die Athener und Platäer zugleich“ — so müssen sie also doch grossen Antheil genommen, den Athenern wichtige Dienste geleistet haben“. — Qua explicatione usus uir doctus et ipse concedit, quod praeterea concedere ueretur, uerbis non semper expressam esse eam sententiam, ad quam particula γάρ ratione argumentatiua referenda sit, de qua „ellipsi“ mox dicendum erit.

ταύτης κτέ. ἀσυνδέτως prioribus adiuncta ab Herodoto esse uult, quo aliis interdum locis ostendit aliquid, cuius subsiciua, ut ita dicam, mentio fit *ἀσυνδέτως* in narrationis continuitatem Herodotum inseruisse, in nostrum quidem locum cadere potest. Quare non dubitaverim pro *γάρ* uel contra codicum fidem substituere *δ' ἄρα*, quae uerba bene notare mihi uidentur, rite et tamquam per succéssionem factum esse, quod uerbis narratur insequentibus de solemni Atheniensium et Plataeensium precatione.

IX. 41, 18. *τούτου μὲν (Ἀρταβάζου) ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου, Μαρδονίου δὲ ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη· δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τὴν σφετέρην στρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην κτέ*, ubi particula *γάρ* eadem ratione ad antecedentia referenda est, qua I. 82, 38. Etenim cum particula *γάρ* trahenda esset ad id uerbum, quod ex antecedentibus uerbis *γνώμη ἐγίνετο* mente supplendum esse recte Baeh., Krueg., St. censent „*ἔφη*“ (uel *ἐγίνωσκε*) omisso huiusmodi uerbo transgressa est ad eum ipsum infinitiuum, quem illud regere putandum est. Quod uero Krueg. alterum uerbum cogitatione addendum censet ut *ἐκέλευε* uel *εἶπε*, a quo infinitiuus *συμβάλλειν* penderet, id uix necessarium puto, cum etiam hic infinitiuus aptus esse mihi uideatur ex eodem uerbo, quod ex antecedentibus mente repetendum esse diximus: *ἐγίνωσκε*.

§ 5. Interdum apud Herodotum uidemus rationem enuntiationum uocula *γάρ* iunctarum eo paulo obscuratam esse, quod eam enuntiationem, ad quam particula *γάρ* referenda est altera illa, quae uocula *γάρ* infertur sententia non statim excipit, sed non sequitur quam *γάρ* infert explicatio nisi interpositis aliis enuntiatis, quibus eis quae modo dixerat statim addit nonnulla Herodotus, eo ipso momento, quo profert menti loquentis ut uidetur, obuenientia, et quae una cum illis commemorare placet.

Uelut I, 71, 20: *ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε τὸν Κροῖσον: Πέρσῃσι γὰρ πρὶν Λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἁβρὸν οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν.* Ad hunc locum recte iam Lhardyus et Kruegerus notauerunt *γάρ* non referendum esse ad uerba enuntiationis antecedentis *οὐκ ἔπειθε*, quorum reddat rationem, sed ad ea, quae de pristina Persarum et simplicitate morum, et uictus atque cultus tenuitate Sandanis protulerat eiusdem capitis initio: *ὦ βασιλεῦ, ἐπ' ἄνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι, σιτέονται δὲ κτέ*, ita ut Herodotus post complurium demum sententiarum, quae interponuntur continuationem explicationem afferat per particulam *γάρ*, quo iure illa Sandanis

uerba fecerit. Nec igitur ad eam, quam Schw. uoluit refugiendum esse puto ellipsin, ad uerba *ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε* supplens „quamuis uere dicta."

III. 89, 12: *ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος καὶ αὖτις Καμβύσεω ἦν κατεστηκὸς οὐδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον.* Quae uerba ita dicta esse uelim, ut referatur *γάρ* ad ea, quae initio eiusdem capitis leguntur: *καταστήσας δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι κατὰ ἔθνεα κτἑ*, quae uerba non nisi interiectis aliis quae sunt de tributis constituendis eo explicantur, quod Cyro et Cambyse regnantibus de pendendo tributo nihil constitutum fuisse Herodotus commemorat.

III. 102, 19: *ἐπὶ δὲ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοί, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἄρσενα παρέλκειν θήλεαν δὲ ἐς μέσον.* Camelis Herodotus quod uti narrat Indos ad sabulum aureum conligendum profecturos eis uerbis explicat, quae per particulam *γάρ* inferuntur: *αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐχ ἥσσονες ἐς ταχυτῆτά εἰσι, χωρὶς δὲ κτἑ*, neque uero hanc ipsam explicationem legimus nisi commemoratis antea quibusdam, quae in coninungendis camelis obseruari ab Indis solent: *ἐπὶ ταύτην δὴ αὐτὸς ἀναβαίνει ἐπιτηδεύσας, ὅκως ἀπὸ τέκνων ὡς νεωτάτων ἀποσπάσας ζεύξει.*

VII. 22, 4: *ὤρυσσον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄθων κατοικημένοι. Βουβάρης δὲ ὁ Μεγαβάζου καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρταίου ἄνδρες Πέρσαι ἐπέστασαν τοῦ ἔργου· ὁ γὰρ Ἄθως ἐστὶ ὄρος μέγα τε καὶ ὀνομαστὸν κτἑ.*

VII. 106, 1: *κατέλιπε δὲ ἄνδρα τοιόνδε Μασκάμην γενόμενον, τῷ μούνῳ Ξέρξης δῶρα πέμπεσκε ὡς ἀριστεύοντι πάντων, ὅσους αὐτὸς κατέστησε ἢ Δαρεῖος ὑπάρχους*, quam relatiuam enuntiationem interpositis aliis quae sunt: *πέμπεσκε δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος· ὣς δὲ καὶ Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξεω τοῖσι Μασκαμείοισι ἐκγόνοισι* — excipit particula *γάρ* explicatiua: *κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος ὕπαρχοι ἐν τῇ Θρηΐκῃ.*

VII. 121, 2: *Ξέρξης δὲ ἐκ τῆς Ἀκάνθου, ἐντειλάμενος τοῖσι στρατηγοῖσι τὸν ναυτικὸν στρατὸν ὑπομένειν ἐν Θέρμῃ ἀπῆκε ἀπ' ἑωυτοῦ πορεύεσθαι τὰς νέας*, ad quae uerba referenda sunt quae infra leguntur: *μέχρι μὲν γὰρ Ἀκάνθου ὧδε τεταγμένος ὁ στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν ὁδὸν ἐποιέετο*, quibus explicatur, quod dixit *ἀπῆκε τὰς νέας*, descriptione interposita oppidi Thermaeorum, uel ipsa alia enuntiatione particula *γάρ* inlata.

Similis denique ratio est enuntiationum uocula *γάρ* iunctarum VII. 169, 7. — 170, 1 sqq.

§ 6. Deinde — quo paulo obscurior fit causalis particulae *γάρ* uis — ita haec uocula usurpatur, ut sententiae rationem

reddat non claris uerbis expressae, sed fere omissae, et quam e ceterorum uerborum contextu ipse, quo plena fiat hians sententia cogitatione suppleas necesse est, quem dicendi usum omnes fere, Klotziô, Kuehnero exceptis, grammatici concedunt et ipse, quem ceteroqui maxime uidimus omnis ellipseos aduersarium Hartungius I. p. 464. Hanc structuram apud nullum Graecum scriptorem non inueniri docenti Sernatingero ut concedo, ita quod „frequentissimam" eam esse dicit apud omnes scriptores in Herodotum quidem cadere non potest. Etenim satis pauca sunt pro ea locorum frequentia, quae apud Thucydidem legitur uel apud oratores Atticos, ea quae Herodotus exhibet huius praecisionis exempla. Nec mirum, siquidem qui perspicuitatis quam maximae causa dictioni fauet copiosae atque uberi, supplendum audientibus ipsis quidquam relinquere non mauult, quam ipse plenam sententiarum seriem deducere.

Ceterum in rarissimis, quae apud Herodotum erui huius usus exemplis agnoscenda quidem erit illa, de qua dicimus ellipsis, sed quae supplenda est sententia, ea adeo non remota est inuentuque difficilis, uix ut de ea deliberandum sit, sed inter legendum ipsum omissa subaudias, cum in eadem praecisione mirum quantum interdum sibi indulgeat densa et pressa et semper instans sibi Thucydidis oratio uel Demosthenis.

II. 127, 4: *καὶ τοῦτον (Χεφρῆνα) δὲ — καὶ πυραμίδα ποιῆσαι ἐς μὲν τὰ ἐκείνου μέτρα οὐκ ἀνήκουσαν · ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ἐμετρήσαμεν*, quibus in uerbis nemo non subaudiet quod omissum est uelut: *ἔχω δὲ ἀτρεκέως ταῦτα εἶπαι* (cf. 103, 8. I. 160, 7. VIII. 8, 9). *ταῦτα γὰρ ὦν κτέ*, quae bene Rawlinsonius suppleuit sic uertens: Of this I am certain, for I measured them both myself.

Similis sententia supplenda est III. 102, 6: *ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλοπεκέων δὲ μέζονα · εἰσὶ γὰρ αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέϊ τῶν Περσέων ἐνθεῦτεν θηρευθέντες.*

II. 154, 16: *τούτων δὲ οἰκισθέντων ἐν Αἰγύπτῳ, οἱ Ἕλληνες οὕτω ἐπιμισγόμενοι τούτοις, τὰ περὶ Αἴγυπτον γινόμενα ἀπὸ Ψαμμητίχου βασιλέος ἀρξάμενοι πάντα καὶ τὰ ὕστερον ἐπιστάμεθα ἀτρεκέως · πρῶτοι γὰρ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλλόγλωσσοι κατοικίσθησαν ·* Supplendum censeo: *τὰ πρότερον οὐκ ἐπιστάμενοι ἀτρεκέως.*

IV. 17, 2: *ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου (τοῦτο γὰρ τῶν παραθαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς Σκυθικῆς)* ad quae uerba bene Krueg. addenda putat esse fere haece: ab hoc enim oppido initium descriptionis faciam, quippe quod centrum quasi sit etc.

IV. 36, 5: *γελῶ δὲ ὁρέων γῆς περιόδους γράψαντας πολλοὺς ἤδη καὶ οὐδένα νοῦν ἐχόντως ἐξηγησάμενον· οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τὴν γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου καὶ τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεύντων*[8]) *ἴσην· ἐν ὀλίγοισι γὰρ ἐγὼ δηλώσω μέγαθός τε ἑκάστης κτέ.* Supplendum est ante *γάρ* ad uerbum *Ἀσίην*, : *Καίπερ πολλῷ ἐλάσσονα ἐοῦσαν ταύτης.*

VI. 106, 10: *ἀδύνατα δέ σφι ἦν τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον· ἦν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη* — Cogitando substituenda mihi uidentur uerba quaedam post *λύειν τόν νόμον* (uiolare legem illam) ut qua lege nono illius mensis die et ante plenilunium ad bella proficisci non licebat Lacedaemoniis.

Etiam in eis, quae leguntur III. 151, 8 ellipsin si quis statuendam censet, uix ei repugnauerim. Nam Babylonius quidam quae in Persas emittit uerba: „*τί*“ inquit, *κάτησθε, ὦ Πέρσαι ἐνθαῦτα, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι*: in eis particula *γάρ* rationem reddere mihi uidetur sententiae, quam in ipsa Babylonii interrogatione quiuis audiet: frustra nostram urbem obsidetis, neque enim prius capietis, quam mulae pepererint, quod ipsum cum nunquam euenturum esse persuasum habeat, idem ualet ac si dixisset: neque enim unquam capietis urbem[9]).

§ 7. Praeterea hic mihi pauca dicenda sunt de eo ellipseos genere, quod locum habet, si in sententiis condicionalibus ita *γάρ* adhibitum uidemus, ut additum sit ei, quam „apodosin“ nominamus enuntiationi, cum altera illa, quae condicionem continet, ad quamque particula *γάρ* referenda est ut causalis — protasin dico — omnino uerbis non expressa sit, sed cogitatione tantum ex antecedentibus addenda (cf. Kueh. II. p. 985. 2) et ne uerbo quidem supplementi indicata, cum nos, etiamsi eodem fere modo enuntiatum omittere licet, facere non possimus, quin una saltem certa uocula hoc significemus „sonst“[10]), id quod bene Krueg. docuit Di. [5] § 59. 12, 9.[11]), et ad Thucyd. II. 35, 1. Xen. An. III. 25. Steinius notat ad I. 124, 5.

---

[8]) *ποιεύντων* quod Herodotus scripsit, rectissime mihi uidetur disputare St. in eo, quod ad hunc locum notauit, Baehrium, ut opinor secutus. Huius sermonis negligentiae, quam Kruegerum plus offendisse uideo, quam in Herodoto debuit exempla attulit Eltzius in Ann. phill. et paedagg. uol. suppl. IX. p. 133, et quem non agnoscere huius loci „anacoluthon“ miror Melander p, 18, not. 9 doctae illius, quam supra iam citaui „de anacoluthiis Her.“ disquisitionis.

[9]) Bene Rawl. „till mules foal, ye will not take our city“.

[10]) Cui uoculae fere respondet latina „alioqui“ simili modo pro omissa protasi hypothetica usurpata.

[11]) „Der Vordersatz ist im Vorhergehenden oft blos enthalten, wie bei *γαρ ἄν*, denn sonst, *καὶ ἄν* etc.

I. 124, 5 *ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέουσι. οὐ γὰρ ἄν κοτε ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκευ*: te dei respiciunt; hoc enim absque esset, numquam tam mira usus esses fortuna. Plenam fore hanc sententiam condicionalem nemo non intellegit, si Herodotus dixisset: „*οὐ γὰρ ἄν κοτε, εἰ μή σε θεοὶ ἐπώρεον, ἐς τοσοῦτο τύχης ἀπίκευ*", quam protasin, quippe quae antecedentibus uerbis prorsus inuoluta sit uerbis claris expressam non desideramus[12].

II. 49, 13: *οὐ γὰρ δὴ συμπεσεῖν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τῷ θεῷ καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἄν ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ οὐ νεωστὶ ἐσηγμένα.*

II. 134, 6: *οὐδὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες μοι φαίνονται λέγειν οὗτοι, ἥτις ἦν ἡ Ῥοδῶπις· οὐ γὰρ ἄν οἱ πυραμίδα ἀνέθεσαν ποιήσασθαι τοιαύτην.*

III. 38, 1: *Πανταχῇ ὦν μοι δῆλά ἐστι ὅτι ἐμάνη μεγάλως ὁ Καμβύσης· οὐ γὰρ ἄν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾶν*: alioqui non erat illusurus.

IV. 32, 1: *Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι οὐδὲν οὔτε τινὲς ἄλλοι — εἰ μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες· ὡς δὲ ἐγὼ δοκέω οὐδ' οὗτοι λέγουσι οὐδέν· ἔλεγον γὰρ ἄν καὶ οἱ Σκύθαι*, ad quae uerba bene Krueg. „denn sonst, wenn etwas wahres daran wäre."

VI. 50, 7: *ἄνευ γάρ μιν Σπαρτιητέων τοῦ κοινοῦ ποιέειν ταῦτα, ὑπ' Ἀθηναίων ἀναγνωσθέντα χρήμασι· ἅμα γὰρ ἄν μιν τῷ ἑτέρῳ βασιλέϊ ἐλθόντα συλλαμβάνειν.*

VI. 68, 13: *ὅ τε λόγος πολλὸς ἐν Σπάρτῃ, ὡς Ἀρίστωνι σπέρμα παιδοποιοῦν οὐκ ἐνῆν. · τεκεῖν γὰρ ἄν οἱ* (scil. *εἰ ἐνῆν*) *καὶ τὰς προτέρας γυναῖκας*, ad quem locum uideas quae Krueg. monuit Di. § 64. 11, 9. cf. 54. 6, 4.

VII. 238, 4: *δῆλά μοι — ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν ἐθυμώθη ζῶντι Λεωνίδῃ· οὐ γὰρ ἄν* (sc. *εἰ μὴ ἐθυμώθη*) *κοτε ἐς τὸν νεκρὸν ταῦτα παρενόμησε.*

IX. 45, 9: *λέγω δὲ ὦν ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι· Πάλαι γὰρ ἄν ἐμάχεσθε.*

De ea, quae, interdum statuenda est ellipsi, cum particulas *ἀλλὰ γάρ* iuxta positas legimus paulo infra uberius dicetur.

§ 8. Uenio ad illum usum uoculae *γάρ* explicatiuae, quo ita adhibitam esse hanc particulam uidemus, ut ea res, cuius explicationem ant expositionem sententia *γάρ* inlata continet, in praecedentibus certo quodam modo monstretur atque indicetur. Quod primum fieri potest per pronomina et adverbia demonstratiua, deinde per certas quasdam demonstra-

---

[12]) Plena eiusmodi structura legitur apud H. uelut IV. 144, 6: *οὐ γὰρ ἄν τοῦ καλλίονος παρεόντος κτίζειν χῶρον τὸν αἰσχίονα ἑλέσθαι, εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί.*

tiuas formulas, quales sunt: *σημεῖον δέ*, *τεκμήριον δέ τουτων*, aut *σκέψασθε*, *δείκνυμι δέ*, *δηλώσω*, *δῆλον δέ* etc. tertium per eiusmodi formulas, quales per superlatiuos inferuntur cum relatiuis coniunctos: *ὃ δὲ μέγιστον*, *δεινότατον*, uel *τό δέ μέγιστον* etc., qua de re praeceperunt quos consului grammatici Deu. p. 236. Matth. p. 1467. Ha. I. p. 468. Kl. p. 235. Kueh. § 544. a. Bae. p. 83.

Herodoteum quod attinet hunc particulae *γάρ* usum, Steinium miratus sum, in eis, quae ad I. 134, 2 et III. 34, 2 notauit post pronomina et aduerbia demonstratiua negantem particulam *γάρ* ita ab Herodoto usurpari, ut „id ipsum, quod illis pronominibus significatur atque indicatur, sententia a *γάρ* oriente exponatur", nec minus, cuius uerbis modo usus sum Sernatingerum temere et confidentius illius dicta pro ueris accipientem (I. p. 46 sq). Contra nouam et inauditam explicandi uiam Steinius in multis locis rimatus est, quorum multo simplicior est, quam uiro docto uidetur, ratio. Etenim ubi enuntiationem demonstratiuam, quae explicationem postulat, sententia sequitur *γάρ* inlata, semper hac ipsa statim explicationem illius rei, quam per enuntiationis antecedentis demonstratiuum scriptor significauerat, contineri negat, sed sententia a *γάρ* incipienti noui aliquid induci uult, quod priusquam ipsam explanationem det Herodotus monendum censeat et ad illam explanationem audientes quasi praeparet, cum id ipsum quod demonstratiuo indicatum erat pronomine uel aduerbio non exponi putet, nisi interiectis eis, quae praemittenda censuisset Herodotus per particulam *γάρ*. Hanc, quam Steinius accipere maluit enuntiationum per *γάρ* iunctarum rationem non ueram esse uel ipso elucebit loco, in quo interpretando ad peruersam illam explicandi uiam uidetur adductus esse. Nam quod legimus I. 134, *ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους φιλέουσι τοῖσι στόμασι· ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον*, quis non intelleget, uerbis *ἀντὶ γὰρ τοῦ πρ. κτέ.* explicationem contineri eius, quod per demonstratiuum *τῷδε* in antecedentibus significatum erat, cum uariarum salutationis rationum quibus Herodotus cognosci posse dicit, utrum eadem sint, qui sibi occurant condicione necne, prima, quae est mutua oris osculatio his ipsis uerbis narretur *γάρ* inlatis *ἀντὶ γὰρ τοῦ πρ.*, deinde alia salutandi genera enumerentur? Contra si per eadem uerba *ἀντὶ γὰρ κτέ.* explicationem praeparatiuam tantum interponi concedimus Steinio eius, quae uerbis demum *ἢν δὲ ᾖ οὕτερος κτέ.* incipi ei uidetur uerae explicationis, omnino desideramus uerborum: *εἰ ὅμοιοί*

εἰσι οἱ συντ. strictam explanationem, quae est in uerbis *ἀντὶ γὰρ κτέ.* Quare ita potius hic locus accipiendus est, ut sententia *γάρ* inlata statim demonstratiuum *τῷδε* excipiat explicandum, uerbis autem a *δέ* incipientibus continuetur haec explicatio, quae, cum non unius enuntiationis orbe terminetur, ita trifariam est ab Herodoto diuisa, ut priori membro *γάρ* inlato alterum et tertium opponatur per uoculam *δέ.* Nec minus in reliquis locis, quos eadem ratione Steinius explicauit minime probanda, particula *γάρ* ad demonstratiuum enuntiationis superioris notione explicatiua referenda est, etiamsi non semper primis protinus uerbis *γάρ* inlatis hanc explicationem legimus enarratam. Sunt hice: II. 65, 4. III. 34, 2. 122, 18. IV. 144, 3. VI. 137, 15. VII. 53, 8. 135, 3. 137, 3. 147, 10. 148, 6. VIII. 87, 3. 94, 10, quos exscribere supersedeo.

Particulâ autem *δέ* quod Steinius omnino docet saepe ueram explicationem inferri demonstratiui antecedentis, cuius „praecursoria" tantummodo, quam dicit expositio praemitti eï uidetur sententia *γάρ* inlata (ad. I. 134, 2. II. 65, 4), etiam magis uituperandus est. Nam primum, si haec uocula *δέ* particulae *μέν* respondet ei enuntiationi additae, quae per *γάρ* antecessit, ut II. 118, 2: *εἰρομένου δέ μεν τοὺς ἱρέας ἔφασαν πρὸς ταῦτα τάδε · ἐλθεῖν μὲν γὰρ — ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν Ἑλλήνων στρατιὴν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενέλεῳ, ἐκβᾶσαν δὲ ἐς γῆν — τὴν στρατιὴν πέμπειν ἐς τὸ Ἴλιον ἀγγέλους,* — euidentissime cernitur, explicationem demonstratiui *τάδε* non, sicut Steinius notat, uerbis demum incipi *δέ* inlatis, sed per particulas *μὲν — δέ* nonnisi bifariam esse ab Herodoto diuisam hanc, quam *γάρ* ipsum inducit demonstratiui expositionem. —

Deinde uero non satis obseruasse uir summus uidetur, ipsis paucissimis locis, quibus illo modo particulam *γάρ* ad interponendam explicationem demonstratiui antecedentis praeparatiuam usurpari et ipse negare nolim, non per uoculam *δέ*, immo, *ἀσυνδέτως* ubique soleri ueram demonstratiui expositionem prioribus ab Herodoto adiungi: II. 60, 2: *ἐς μέν νυν Βούβαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τάδε · πλέουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι · αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι.*

III. 31, 4: *ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε · οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν Πέρσαι. ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης.*

III. 159, 9: *ὡς δὲ ἕξουσι γυναῖκας οἱ Βαβυλώνιοι — τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε · τὰς γὰρ ἑωυτῶν — ἀπέπνιξαν οἱ Βαβυλώνιοι. — ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι.* —

IX. 41, 12: *διαπρήσσεσθαι ποιεῦντας τάδε · ἔχειν γὰρ*

χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον κτἑ· τούτων φειδομένους μηδενὸς διαπέμπειν.

IX. 83, 5: ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τούτων τῶν νεκρῶν — συνεφόρεον γὰρ τὰ ὀστέα οἱ Πλαταιέες ἐς ἕνα χῶρον· εὑρέθη κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφήν.

Sed ut ad propositum redeamus, omnino intellegere non potui, quo iure interpretes quidam contendere ausi sint, esse hunc particulae γάρ usum, quo ad demonstratiuum enuntiationis antecedentis ratione explicatiua haec uocula referatur, ab Herodoto plane alienum. Quorum unus Heroldius [13]) quod contendit post demonstratiua et pronomina et aduerbia, ubi ea, quae subiciuntur monstrent constanter abesse coniunctionem id primum in eum, ad quem illa notauit locum omnino non uidetur cadere. Nam quod I. 5, 3: περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω Φοίνικες· οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφεας λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐμίσγετο — particulam γάρ male insertam esse censet sic interpretatus: de Io non consentiunt cum Persis Phoenices, dissentiunt autem hoc modo: non raptu sese usos esse, [14]) sed" — non uidit particulam γάρ hic omnino non ad demonstratiuum οὕτω referendam esse, ut explicatiuam, sed rationem reddere eius, quod Herodotus dixerat: Phoenices cum Persis non de Io consentire, ita ut uerba λέγουσι γὰρ κτἑ. explicationem afferant non demonstratiui οὕτω, sed uerborum quae antecedunt „οὐκ ὁμολογέουσι οὕτω". Recte enim Steinius intellexit uerba οὐκ ὁμολογέουσι οὕτω κτἑ. ex duabus, quae loquentis menti obuenirent constructionibus in unam quasi conflata esse et „οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι" et οὐ λέγουσι οὕτω, ὡς οἱ Πέρσαι, [15]) ita ut uoculâ οὕτω non sequentia monstrentur, sed ea significetur, quae paulo antea exhibita erat Persarum de rapta Ione sententia, id quod bene uidit Krueg.

Iam uero, ut tandem taceant hoc negantes, paulo diligentius eos inlustrabo locos, quibus ita particula γάρ Herodotus usus est ut γάρ demonstratiuum aut pronomen aut aduerbium enuntiationis superioris protinus explicandum excipi nemo sanus possit non uidere.

I. 214, 4: ταύτην τὴν μάχην — κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον· πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας — τοξεύειν — μετὰ δὲ συμπεσόντας — συνέχεσθαι, quibus in uerbis γάρ particula uerbum οὕτω

---

[13]) Emendationes Herodoteae scr. Gdf. Herold, Norimb. 1850. I. p. 13.

[14]) quam etiam Dietschius u. d. retinendam censuit Nou. Ann. LXI. 4. p. 432.

[15]) cf. similem, quae est V. 23. VIII. 144, duarum structurarum commixtionem.

explicari et Kruegerus uidit hoc demonstratiuum referens ad ea, quae subsequuntur [„auf folgende Weise,“] [16]) neque quisquam alius negabit.

III. 113, 7: *Νῦν δ' ἅπας τις τῶν ποιμένων ἐπίσταται ξυλουργέειν ἐς τοσοῦτο · ἁμαξίδας γὰρ ποιεῦντες ὑποδέουσι αὐτὰς τῇσι οὐρῇσι·*, quo loco ita particula *γάρ* demonstratiuum *τοσοῦτο* explicari nemo non uidet, quasi dictum esset quod exspectaueris *ὥστε* c. inf. coniunctum, quod bene cum Schweighaeusero Baehrius uertit: pastorum quisque tignum fabricari in tantum callet, ut inde exiguum plaustrum conficere queat.

III. 121, 5. *Καί κως εἴτ' ἐκ προνοίης αὐτὸν καταλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο· τόν τε γὰρ κήρυκα τὸν Ὀροίτεω παρελθόντα διαλέγεσθαι, καὶ τὸν Πολυκράτεα (τυχεῖν γὰρ ἀπεστραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον) οὔτε τι μεταστραφῆναι, οὔτε ὑποκρίνασθαι.*

Quorum uerborum structuram plane turbatam esse nec prorsus legitimo modo procedere, ut uix monitu opus est, ita toto animo et Baehrio assentior, qui rectissime huius anacoluthiae causam in eo esse uidit, quod uerba *αὐτὸν καταλογέοντα κτέ.* non statim infinitiuus excipit *οὔτε τι μεταστραφῆναι κτέ.* sed propter subiectam quae uocula *γάρ* inlata est sententiam incohata oratio iustam clausulam non inuenit, et Steinio, qui clare et dilucide iustam ac propriam ut ab Herodoto instituta erat uerborum structuram confecit et exposuit in eis, quae ad hunc locum adnotauit. Tamen — id quod solum hic ad nos pertinet — ut nunc uerba leguntur, ea est enuntiatorum structura, ut sententia a uerbis *τόν τε γάρ* incipiens explicationem continere putanda sit eius, quod antecedit pronominis „*τοιαύτη τις*“ — quippe quibus uerbis exponatur, qualis fuerit is, quem „*συντυχίαν*“ Herodotus uocat casus. Quod concedentem uideo et ipsum Steinium, qui hanc sententiam particula *γάρ* inlatam uerborum quae sunt *συντυχίη τις τοιαύτη* quasi explicationem et explanationem esse notat, ab Herodoto primariam enuntiationem factam. [17])

---

[16]) Notum esse puto apud Herodotum persaepe non ita — id quod prosae orationis Atticae in usum uenisse uidemus — demonstratiua *οὗτος* et *ὅδε* usurpari, ut hoc subsequentia monstret, antecedentia, uel quae modo aguntur illud, sed promiscue utrumque usurpari neque rarius *οὗτος, τοιοῦτος, οὕτω* ad ea referri, quae subiciuntur quam ad ea quae antecesserunt *ὅδε, τοιόσδε, τοσόσδε, ὧδε,* cuius usus exempla Steinius contulit ad I. 137, 2, Krueg. docet ad Xen. An. II. 2, 2. cf. Kueh. II. § 467, 7. Quamquam ne a posterioribus quidem scriptoribus promiscuum hunc demonstratiuorum usum, in quo tam frequentem uidemus Herodotum esse, plane fuisse alienum exemplis docet Kueh.

[17]) „Während er den ersten jener beiden Zwischensätze als erklärende Ausführung von *συντυχίη τις τοιαύτη* zu einem selbständigen Satze erhob, dem er dann den erneuerten Hauptsatz *τὸν Πολυκράτεα κτε.* parallel anschloss.“

VI. 23, 1: *ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι· Σάμιοί τε γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην ἐγίνοντο ἐν Λοκροῖσι — καὶ Ζαγκλαῖοι αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν — περικατέατο πόλιν Σικελῶν,* — ubi uerba *Σάμιοι τε γάρ* ipsam eam quam exspectare nos uult pronomen *τοιόνδε δή τι* explicationem afferunt. Quod uero scripsi *Σάμιοί τε γάρ* Kruegerum secutus sum, qui eodem modo hic particulis *τέ* — *καί* duas enuntiationes iuxta se positas esse uult, quo saepissime Herodotum duas ennntiationes primarias continuantem potius uidemus, quam ita earum rationem instituentem (sicut expolitior solet oratio et *λέξις κατεστραμμένη* quam dicimus), ut ex altera, quae sit protaseos loco altera pendeat ut apodosis, id quod, ut iure Steinius „maxime proprium" dicit *λέξεως εἰρομένης,*[18]) ita miror, quod hoc loco eandem, quam ipse probabilem putat *τέ* — *καί* lectionem in textum recipere non ausus est cum eo ipso, quod codd. B²R habent *τε* pro *γάρ*, uerisimilius mihi uideatur in archetypo utramque particulam scriptam fuisse *τε γάρ*.

IX. 111, 24: *οὕτω τοι, Μασίστα πέπρηκται· οὔτε γὰρ ἄν τοι δοίην θυγατέρα τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε ἐκείνῃ — συνοικήσεις.*

Postremo, quod ea attinet, quae leguntur II. 134, 15: *καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα· ἐπείτε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν — ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο· οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο* — Steinius ita disputat ut particulam *γάρ* demonstratiuum *τῇδε* explicare neget, sed ad uerba *ὡς διέδεξε* referendam esse censeat, quibus uerba *τῇδε οὐκ ἥκιστα* temere addita sint, quae sine ullo sententiae detrimento missa faceres.[19]) Qua in re ei assentiri non possum. Nam primum persuadere mihi nullo pacto possum Herodotum uerba illa quae sunt „*τῇδε οὐκ ἥκιστα*", quibus subsequentia potius significari et indicari mihi uidentur, temere scripsisse et quasi inania, quo uix ineptius quidquam foret; deinde uero ipsorum eorum, quos

---

[18]) ad II. 93, 25: — „ein wesentlicher Zug der *λέξις εἰρομένη*". Ibidem exempla conlegit huius usus Herodotea; ipse contuli haece: II. 93, 25. III. 76, 4. 108, 20. 121, 7. 130, 3. IV. 53, 22—25. 135, 2. 136, 14. 157, 4. 181, 16. 19. 199, 7. 8. 9. 10. V. 41, 3. 51, 13. 74, 8. 86, 19. 108, 11. VI, 41, 5. 134, 14. VII. 12, 12. 23, 18. 194, 1. 217, 5. 218, 5. VIII. 5, 12. 56, 7. 64, 2. 3. 83, 3. IX. 47, 2. 44, 22. 57, 12. cf. Kueh. II. § 518, 7. — Eodem modo H. saepissime utitur particulis *μέν* — *δέ* ad continuandam narrationem, ita ut his particulis duae opponantur enuntiationes primariae, quarum alterum alteri subiecisset magis syntactica et constructior oratio: V. 102, 6. *καί κως ἐν μὲν Σάρδισι οὐκέτι ἐόντας τοὺς Ἴωνας εὑρίσκουσι, ἑπόμενοι δὲ κατὰ στίβον αἱρέουσι αὐτοὺς ἐν Ἐφέσῳ:* qui, cum — non essent nacti, — subsecuti deprehenderunt. IV. 78, 7—11. VI. 40, 1. VII. 167, 3. 169, 8. 223, 10. 239, 12. VIII. 12, 1. IX. 72, 7. cf. Wendt, de or. Her. p. 17.

[19]) „Ein beiläufiger Zusatz, der ohne Schaden des Sinnes auch hätte fehlen können: und zwar nicht am wenigsten auf folgende Weise".

St. attulit locorum, II. 162, 7. VIII. 3, 10, alia ob id ipsum ratio est quod mera tantum formula „ὡς διέδεξε“ in eis legitur, non ut nostro loco cum demonstratiuo coniuncta, et quod cum demonstratiuo τῇδε confert quod IV. 150, 3 legimus adverbium ὧδε, cui ipse notionem uindicat: „und zwar so,“ eo magis confirmat, ad subsequentia hoc demonstratiuum esse referendum. Quare hic quoque particulam γάρ ita cum Schweighaeusero referre ad antecedentia non dubitauerim, ut demonstratiuum τῇδε οὐκ ἥκιστα uerbis ἐπείτε γάρ κτέ. dixerim explicari. Huis uero loci anacoluthon per particulam δέ effectum, bene expositum a Steinio et Melandro,[20] cur Kr. eo tollere studuerit quod commate post uerbum ἀνείλετο posito enuntiationem primariam a uerbis demum οὕτω καὶ Αἴσωπος incipientem facit, ut nihil causae uideo, ita minime intellegere potui, quo iure et Heroldius uerba ἐπείτε γάρ deleuerit et Abichtius ἔπειτε legerit pro ἐπείτε.

Deinde etiam post formulas quasdam demonstratiuas, quales sunt σημεῖον δέ, τεκμήριον δὲ τούτων aut σκέψασθε, δείκνυμι δέ etc. interdum apud Herodotum sententia ita legitur γάρ inlata, ut quod enuntiatio antecedens per eiusmodi formulam indicauerat γάρ explicandum statim excipiat, cum plerisque eiusmodi locis ἀσυνδέτως explicatio antecedentibus adiungatur, quod „asyndeton“ etiam aliis scriptoribus usitatum esse docent Matth. p. 1467 § 630. Kueh. II. § 864. Legitur apud Herodotum particula γάρ post:

σημανέω: II. 9, 8: ὅσον δέ τι ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν μέχρι Θηβέων ἐστί, σημανέω. στάδιοι γάρ εἰσι ϛρκ΄.

τεκμήριον τόδε: II. 58, 7: τεκμήριον δέ μοι τούτου τόδε· αἱ μὲν γάρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ τευ χρόνου ποιεύμεναι. cf. Hoffmann. p. 27. II.

Λόγον ποιήσομαι: II. 155, 3: καὶ δὴ λόγον περὶ αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι· τὸ γάρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ.

μαρτύριον ἐρέομεν: IV. 118, 17: μέγα δὲ ὑμῖν λόγων τῶνδε μαρτύριον ἐρέομεν· εἰ γάρ ἐπ᾽ ἡμέας μούνους ἐστρατηλάτεε ὁ Πέρσης. —

VIII. 120, 1: μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γάρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος κτέ. de quo loco bene disputauerunt Matth. p. 1522. Kueh. II. § 544, 1. Hoffmannus p. 27, cum Steinius ne hic quidem particula γάρ, sed δέ quae l. 7. legitur explicationem demonstratiui τόδε contendat induci.

[20]) Libelli illius saepius iam laudati, qui est de anacol. Her. p. 50. sqq. Praeterea Ph. Buttmannus de ui et usu particulae δέ in apodosi positae doctam instituit et copiosam quaestionem (ad Dem. Mid. exc. XII, 1824). cf. Ha. I. p. 175. 189. et Fr. X. Werfer, in Actt phill. Monac. I. p. 90. 1812.

μέγιστον θῶυμα ἐρέω: VI. 43, 12: *μέγιστον θῶυμα ἐρέω — τοῖσι μὴ ἀποδεκομένοισι Ἑλλήνων —· τοὺς γὰρ τυράννους τῶν Ἰώνων καταπαύσας.* [21]) —

Post superlatiuum denique cum demonstratiuo coniunctum quo loco apud Herodotum legimus explicationem *γάρ* inlatam, eo hanc particulam ab Heroldio in suspicionem uocatam Steinius circumscripsit, retinuerunt cum Schw. Krueg. et Abichtius. VII. 164, 10: *ὃς ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένοισι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτων ἐλίπετο· κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων — οὐκ ἠθέλησε.* Quos secutus ipse eodem iure hic uoculam *γάρ* retinere ausus sum, et ad superlatiuum *τόδε οὐκ ἐλάχιστον* referre ut explicatiuum, quo supra II. 134, 16 post uerba *διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα* particulam *γάρ* huic loco uindicaui.

§ 9. Deinde saepissime ab Herodoto ita particulam *γάρ* adhibitam esse uidemus, ut non tam ad totam enuntiationem superiorem quam ad unam eius uocem referenda sit, cuius Herodotus, cum explicatione ei uideatur indigere, utpote antea non commemorata, enuntiatione subsequenti rationem reddit *γάρ* inlata. Quod tum praecipue factum est cum uerbum aliquod in narrationem intulit, siue nomen proprium est (III. 137, 20. 198, 3. VII. 22, 9. 95, 8), siue appellatiuum (V. 51, 5. VII. 165, 14. IX. 11, 16), siue causa quaedam, siue factum, quod cur anticipauerit audientes uidet non statim intellecturos esse, intellegere tamen eorum putat interesse.

Quam explicationem saepe ita Herodotus per particulam *γάρ* infert ut, quo magis exstet uox illa explicanda et prae ceteris efferatur, eam in ipsa fronte collocet eius, quae particula *γάρ* infertur enuntiationis explicatiuae.

I. 193, 30: *τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων καὶ — —· ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες.* Uocem „*ψήν*“ quod in narrationem infert eius rationem reddit uerbis „*ψῆνας γὰρ δή*“ — quorum nostra quoque sermo imitari solet in simili explicatione postposita collocationem: Gallwespen nämlich tragen die männlichen Palmen in ihrer Frucht.

III. 91, 14: *τούτου τε δὴ χωρὶς τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ ἐπιμετρεομένου σίτου προσήϊε ἑπτακόσια τάλαντα· σίτου γὰρ δυοκαίδεκα μυριάδας καταμετρέουσι.*

IV. 7, 15: *τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην λέγουσι — οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν οὔτε διεξιέναι ὑπὸ πτερῶν*

[21]) Abest particula *γάρ* post eius modi formulas uelut II. 104, 21: *ὡς δὲ ἐπιμισγόμενοι Αἰγύπτῳ ἐξέμαθον* (ritum circumcidendi) *μέγα μοι καί τόδε τεκμήριον· Φοινίκων ὁκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμίσγονται.* Ad h. l. recte Baeh. adnotat uoculam *γάρ* praeter morem omissam esse.

κεχυμένων · πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέον.[22])

IV. 103, 5: *ὡς τὸ σῶμα ἀπό τοῦ κρημνοῦ ὠθέουσι κάτω (ἐπὶ γὰρ κρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρὸν)*, quae verba *ἐπὶ γ. κρ.* ut uncis inclusa sunt ita plerumque ea de qua dico unius uocis explicatio *γάρ* inlata sic accipi potest quasi uncis circumscripta esset antecedentibus adiuncta.

IV. 105, 2: *γενεῇ δὲ μιῇ πρότερόν σφεας κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην πᾶσαν ὑπὸ ὀφίων · ὄφιας γάρ σφι πολλοὺς μὲν ἡ χώρη ἀνέφαινε, οἱ δὲ πλεῦνες.* —

II. 164, 6: *ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε εἰσί · κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται.*

VII. 22, 6: *οἱ περὶ τὸν Ἄθων κατοικημένοι · ὁ γὰρ Ἄθως ἐστὶ ὄρος.* —

VII. 95, 7: *Ἑλλησπόντιοι δὲ πλὴν Ἀβυδηνῶν (Ἀβυδηνοῖσι γὰρ προσετέτακτο.* —

VII. 165, 12: *(Ἀναξίλεως) ὅς ἐπῆγε ἐπὶ τὴν Σικελίην τιμωρέων τῷ πενθερῷ·* Uerbum quod est *πενθερῷ* quod dixit Herodotus insequenti enuntiatione solum explicat: *Τηρίλλου γὰρ εἶχε θυγατέρα Ἀναξίλεως* — non cur Amilcarem Anaxilaus ad expeditionem illam faciendam incitauerit.

IX. 11, 14: *οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ᾽ ὅρκου καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους · ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους.*

Praeterea sic *γάρ* legitur I. 160, 7. III. 137, 20. IV. 76, 4. 108, 7. 198, 3. V. 21, 3. 51, 5. 92, *β*, 1.

Eodem modo mihi uidetur *γάρ* adhibitum esse etiam in eis quae leguntur II. 147, 14: *ἐκέχρηστό σφι τὸν χαλκέῃ φιάλῃ σπείσαντα αὐτῶν ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου, τοῦτον ἁπάσης βασιλεύσειν Αἰγύπτου · ἐς γὰρ δὴ τὰ πάντα ἱρὰ συνελέγοντο.* Nam „*ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου*" quod dixerat Herodotus, ne quis miretur quanam ratione duodecim illi Aegypti reges in Uulcani templum conuenirent, eius rationem reddendam sibi esse ratus, uerbis explicat insequentibus *ἐς γὰρ δὴ τὰ π. ἱ. σ.*

Huc denique referendae sunt eae sententiae, quibus H. non antecedentis enuntiationis rationem reddit sed uerborum, quae in antecedentibus leguntur *ὅσος δή* uel *ὅστις δή*, quae H. saepe nomini alicui adddit significaturus eius rei, de qua agitur, qualitatem uel magnitudinem exacte definire aut nolle sese utpote quam cognoscere audientium nihil intersit, aut nequire utpote quam ipse certo cognitam non habeat, ita ut uerba *ὅσος δή*, *ὅστις δή* fere respondeant Latinis „nescio quantus, nescio quis" etc. (cf. Schw. in lex. Her. p. 273). Quodsi ipse rem ad

---

[22]) Haec opinio unde illis uenorit legitur IV. 31.

quam referenda sunt ὅσος δή etc. certo cognitam non habet, id interdum sententiuncula indicat γάρ inlata, qua tamquam rationem reddit, qua de causa usus sit incerta illa el fere negatiua dictione, quae est in uerbis ὅσος δή, uel ὅστις δή:

I. 160, 4: *οἱ δὲ Μυτιληναῖοι ἐπιπέμποντος τοῦ Μαζάρεος ἀγγελίας ἐκδιδόναι τὸν Πακτύην παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή —· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως.*

II. 126, 3: *Χέοπα τὴν θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαντα ἐπ' οἰκήματος προστάξαι πρήσσεσθαι ἀργύριον ὁκόσον δή τί · οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἔλεγον.*

III. 121: *λέγουσι πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον · (οὐ γὰρ ὦν δὴ τοῦτό γε λέγεται).*

§ 10. Particulae γάρ usum cum apud Herodotum tam latum esse atque extentum exposuerimus, ut huius particulae frequentia nemo fere praeter Homerum eum aequiperauerit, persaepe uidemus ita orationem institutam esse, ut in duobus, uel pluribus enuntiatis proxime sese excipientibus γάρ legatur positum, de qua particulae γάρ cumulatione pauca mihi liceat disserere.[23])

Iam supra[24]) cum de Herodoti dicendi genere agebatur, id monendum esse censuimus Herodotum morem sequi λέξεως, quae dicitur εἰρομένης complures enuntiationes primarias continuandi potius, quam subiungendi aliis enuntiatis alia ut secundaria, ob eamque causam etiam ad conectendas, quae ratione causali sunt enuntiationes, excepta eorum locorum paucitate, quibus coniunctionibus causalibus usum esse hypotacticis supra ostendi, fere solam adhibere particulam γάρ, quae est paratactica.

Quo factum est ut, si quae argumentatio uel explanatio per maiorem orationis continuitatem extenditur, eadem semper legatur iterata particula γάρ; idque eo facilius fieri potuit, quod ad exprimendam uariorum enuntiationum generum rationem, et explicatiuam et argumentantem una eademque particula Graecis praesto est paratactica γάρ, cum nobis uariis uti liceat, quibus orationem uariemus, eiusmodi particulis (denn, nämlich, ja, freilich). Uelut III, 80—82, quibus capitibus disputationes continentur tyrranicidarum de commodis et incommodis democratiae, aristocratiae, monarchiae, per trium capitum spatium octies decies legitur particula γάρ, cum loquentium suam quisque sententiam uerbis demonstrare et ceteris probare studeat, in qua scilicet argumentatione particula γάρ

---

[23]) Conferas etiam quae Hoogeu. de causarum quam dicit „ἐπαλληλία" meminit in libro saepius citato p. 463. II.

[24]) cf. huius. diss. p. 5.

adhibendae frequentissimus est locus. Uel IV. 1, sexies uoculam γάρ legimus, in quo capite inuicem se excipiunt causalis enuntiatio et explicatiua γάρ inlata.

Sed hic eos tantum locos perlustrare in animo est, quibus ita γάρ iteratum legimus, ut complures semper enuntiationes continuentur per uoculam γάρ, quarum uaria est ratio.

I. Nam primum quidem enuntiationum, quae per particulam γάρ iuxta ponuntur, ea ratio est, ut cum antecedentium rationem reddat prior sententia γάρ inlata, hanc ipsam aliud γάρ excipiat aut demonstrandam aut explicandam, itemque deinceps (cf. Kueh. II. p. 856, not. 4).

I. 91, 22: *τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου, οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε · ἦν γὰρ δὴ ὁ Κῦρος οὗτος ἡμίονος · ἐκ γὰρ δυοῖν οὐκ ὁμοεθνέων ἐγεγόνεε, μητρὸς ἀμείνονος, πατρὸς δὲ ὑποδεεστέρου · ἡ μὲν γὰρ ἦν Μηδὶς ἡ Ἀστυάγεος θυγατὴρ κτέ.* Uerba *τῷ καὶ τὸ τελευταῖον κτέ.* quod attinet, Steinius mihi magis probandus uidetur, qui omissis, quae codd. habent post *εἶπε* „*τὰ εἶπε*“ uerbum *τῷ*, a quo sententia incipit retinuit, quam qui hoc quod est *τῷ* delendum et ipsum censuerunt Schaeferus Struuius (in opuscc. II. p. 291), eosque secutus Kruegerus, cum eiusmodi anacoluthon haud rarum sit in Herodoto, quo datiuus participii constructione, quae sequitur repugnante usurpatur.[25]) Particulam uero γάρ ita ter iteratam uidemus, ut prior enuntiatio, quae oritur a uerbis *ἦν γὰρ δή ὁ Κῦρος* antecedentium rationem reddat, quae leguntur *οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε*, cum hanc priorem argumentis confirmet altera sententia γάρ inlata, quam ipsam demonstrandam tertium γάρ excipit, quod est in uerbis *ἡ μὲν γὰρ ἦν Μηδίς κτέ.* Sic tres enuntiationes iuxta ponuntur mutua particulae γάρ notione. IV, 1. sqq.

Quibus locis comparare liceat *B.*, 11. *K.*, 57, ubi tria enuntiata inuicem sese excipiunt per uoculam γάρ coniuncta.

Herodotus praeter eos, quos attuli locos, tres enuntiationes per particulam γάρ causalem continuauit hisce, quos enumerare satis est. I. 199, 18 (bis) 19. II. 135, 9. 11. 15. IV. 42, 3. 4. 6. VII. 135, 14. 16. 17. VIII. 80, 2. 3. 4.

Duae enuntiationes causales iuxta positae per uoculam γάρ leguntur ita, ut inter se coniunctae sint, cum earum prior antecedentium rationem reddat: I. 36, 14: *παιδὸς μὲν πέρι τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι · οὐ γὰρ ἂν ὑμῖν συμπέμψαιμι · νεόγαμός τε γάρ ἐστι καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει.*

Praeterea I. 8, 10. 11. 9, 6. 7. 29, 9. 10. 32, 8. 9. 38, 8. 9. 59, 4. 6. 69, 14. 15. 74, 19. 21. 75, 11. 12. 84, 8. 9. 87, 18. 19. 115, 8. 10. 120, 15. 16. 124, 5 (bis). 140, 5. 6.

---

[25]) Kueh. II. § 683. Meland. p. 19.

II. 16, 7. 9. 49, 13. 15. .68, 22. 23. 133, 11. 12. 136, 22. 24. 139, 10. 11. 150, 9. 11.

III. 4, 12. 13. 38, 2. 3. 50, 3. 4. 66, 12. 14. 72, 17. 18. 80, 7. 8. 11. 13. 81, 8. 9. 82, 7. 8. 112, 3. 4. 134, 11. 13.

IV. 1, 13. 14. 23, 16. 17. 154, 2. 4. 158, 7. 8. 165, 6. 7. 205, 2. 4.

V. 35, 7. 9. 92, η, 12. 13.

VI. 21, 3. 6. 40, 4 (bis) 50, 7. 9. 58, 10. 11. 69, 19. 20. 109, 5. 7. 124, 6. 7.

VII. 10, δ, 5. 6. 96, 5. 7. 88, 4. 5. 104, 18. 19. 166, 9. 10. 223, 3. 4.

VIII. 2, 7. 3, 1. 40, 6. 8. 103, 1, 2. 140, α, 11. 12. 142, 21, 23.

IX. 50, 6. 7. 63, 10. 11: *Πλεῖστον γάρ σφεας ἐδηλέετο ἡ ἐσθὴς ἔρημος ἐοῦσα ὅπλων · πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες ἀγῶνα ἐποιεῦντο*, quae uerba aptius collocari post ea, quae leguntur c. 62, 15: *ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Σπαρτιήτας καὶ διεφθείροντο.* — quod Steinius censet minime ei possum aduersari.

II. Deinde uero, si complures enuntiationes uidemus per particulam *γάρ* continuatas, interdum eam esse intellegemus orationis rationem ut haec singula enuntiata *γάρ* inlata non tam inter se coniungantur iterata particula *γάρ*, quam ad unam eandemque sententiam primariam referenda sint, idque ratione cum causali tum explicatiua, qua de re docuerunt Poppo ad Thuc. III. p. 484. Krueg. Di. § 69, 14, 2. Kueh. II. p. 856.

VII. 51, 8: *τούτους ὦν τοὺς ἄνδρας συμβουλεύω τοι μηδεμίῃ μηχανῇ ἄγειν ἐπὶ τοὺς πατέρας · καὶ γὰρ ἄνευ τούτων οἷοί τέ εἰμεν τῶν ἐχθρῶν κατυπέρτεροι γίνεσθαι · ἢ γάρ σφεας ἢν ἕπωνται δεῖ ἀδικωτάτους γίνεσθαι, ἢ δικαιοτάτους συνελευθεροῦντας.* Quod Artabanus Xerxi suadet ne ullo pacto Ionas aduersus Athenienses ipsorum parentes ducat, uerbis: *τούτους ὦν* — eius duas profert causas, unam, quae a uerbis incipit: *ἄνευ γ. τούτων*, — alteram a uerbis *ἢ γάρ σφεας* orientem, ita ut utramque sententiam *γάρ* inlatam referendam esse eluceat ad unam illam enuntiationem, cuius causas continent, Artabani dehortationem: *τούτους ὦν τ. ἄνδρ. κτέ.*

Simili modo ad unam eandemque sententiam referuntur duae enuntiationes *γάρ* inlatae: I. 216, 2. 4. II. 17, 10. 11. IV. 16, 3. 4. VII. 8, γ, 7. 10, quibuscum comparare liceat. Aesch. Ag. 559 sqq. Thuc. I. 40, 4. 91, 2. II. 5, 2. 44, 3. III. 2, 1. Xen. An. III. 2, 32. V. 6, 4. 6.

VIII. 140, β, 5: *προχρηΐζω δὲ ὑμέων πείθεσθαι Μαρδονίῳ · ἐνορέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ · εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐν ὑμῖν, οὐκ ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον ἔχων λόγους τούσδε · καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλέος*

ἐστί κτέ., ubi eam esse enuntiationum rationem quiuis intelleget. Alexander primum quod Athenienses obsecrat, ut Mardonio morem gerant, eius adhortationis causam subicit uerbis *ἐνορέω γ. ὑμῖν κτέ.* Deinde uero hanc ipsam sententiam duplici argumentatione inlustrat *γάρ* inlata, quarum prima ita antecedentia confirmat, ut nisi hoc persuasum ab initio habuisset, omnino uenturum se fuisse cum eiusmodi sermone neget, quod fit uerbis *εἰ γὰρ ἐνώρων κτέ.*, altera ueram eiusdem enuntiationis superioris, qua perpetuo cum Xerxe Athenienses posse bellum gerere negauerat, causam afferat uerbis: *καὶ γὰρ δύναμις κτέ.*, cum plus quam humanam esse confirmet Regis potentiam. Ad hunc particulae *γάρ* usum quod Poppo enotat ad Thuc. III. uol. 2. p. 484, sententiarum cohaerentiam plerumque planiorem futuram esse, si alterum membrum in parenthesi positum esse existimemus, summopere laudandus est uir doctus. Etenim nostro quoque loco expeditius oratio progredietur, si sententiarum, quae ad unam superiorem per particulam *γάρ* referendae sunt, priorem (*εἰ γὰρ ἐνώρων — κτέ.*) ita accipiemus, quasi uncis sit interclusa.

CAPUT III.

Iam uenio ad illum uoculae *γάρ* usum, quo ita haec particula usurpatur, ut non antecedentis enuntiationis rationem reddat sed subsequentis. De hoc dicendi usu cum satis iam superque uideo disputatum esse a uiris doctissimis,[1]) tum nuper Sernatingerus in libello, qui est de particula *γάρ* tractauit[2]) idque non copiosius, quam ingeniosius, ita ut, denuo serram huius disputationis reciprocare supersedere possim. Quare paucissimis uerbis rem adumbrabo, priusquam ad exempla Herodotea accedam.

Ac primum quidem, quo melius ante oculos materies sit legentibus, et intellegi possit, quod disputaturus sum, hic statim liceat unum huius usus exemplum praemittere Herodoteum, quod legitur I. 8, 10., ubi Candaules „*Γύγη*" inquit „*οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός* (*ὦτα*

---

[1]) cf. Hoogeu. p. 12. Werfer, Act. phill. Mon. I. Matth. p. 1465. Ha. I. p. 467. 3. Kl. p. 236 sq. Rost. gr. schol.[2] p. 471. Kueh. II. p. 853. Curtius, gr. gr. schol.[10] § 636. Bae. p. 75. c. sq. Classenius, Beob. p. 9. Zimmermann p. 12. Wendtius p. 16. Baeh. ad I. 8, 10. St. ibid.

[2]) II. p. 48 sqq. — cf. etiam Hoffmannum l. c. p. 23. IV.

γὰρ κτἑ. —) *ποίεε, ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν.*" Quae uerba quicumque Nostratium legerit is eam enuntiationum esse rationem statim intelleget, ut enuntiatio causalis quae a uerbis incipit *οὐ γάρ σε δοκέω* —, cum rationem reddat uerborum, quae subsequuntur: *ποίεε, ὅκως* — *θεήσεαι* — anteposita esse dicenda sit sententiae ei, cuius rationem reddit. Tamen hanc esse uerborum illorum rationem non concedentes quod uidi grammaticos quosdam, quanta admiratione, hercle! perculsus sum! In quo numero imprimis est Schrautius, qui libello, cui inscribitur: „Ueber die Bedeutung der Partikel *γάρ* in den scheinbar vorgeschobenen Sätzen", maiore quam pro re et sagacitate et doctrina demonstrare obstinauit, longe aliam esse, ac mihi uisa erat, enuntiationum illarum rationem.[3]) Etenim, quam primigeniam esse et primitiuam uim particulae *γάρ* ipsi concessimus[4]) aduerbialem tamquam et affirmatiuam, eam uir doctus in eiusmodi, quae tractaturi sumus, enuntiatis urgendam esse solam tanta cum pertinacia et obstinatione censet, ut non modo non antepositam esse concedat sententiam causalem, sed omnino ratione causali uerba *γάρ* inlata referenda esse ad subsequentia neget. Quod negans parum sibi ipsi uidetur constare. Nam etiam si illam accipiemus, quam particulae *γάρ* obtrudere uult notionem affirmatiuam et aduerbialem, nonne, si diligentius inquirimus in logicam sententiarum coniunctionem, concedendum erit, etiam ipsis uerbis, quae Schrautius construxit: „ich bin nun einmal nicht der Ansicht" (p. 43) rationem reddi imperatiui subsequentis *ποίεε, ὅκως* — ita ut Candaules uerbis *οὐ γάρ σε δοκέω κτἑ.* causam praemittere putandus sit, cur Gygem adhortetur, ut nudam illius mulierem spectare studeat. Quare non erat, quod stomacharetur: „es könne hier nicht von Ungewöhnlichem und aus dem Wege liegenden die Rede sein, nicht von einer Gewaltthätigkeit gegen Logik und Grammatik, wie sie in einem vorangestellten „denn" liegen würde", proinde ac si quis unquam ita Graecorum usum exprimere uoluisset ut enuntiationem causalem si praemitteret id etiam sicut illi faceret per particulam causalem paratacticam „denn", quo bene Sern. dicit eum cachinnos moturum esse irridentium. Quamquam ne a nostro quidem sermone omnino is dicendi usus alienus est, quo *παρατακτικῶς* sententia causalis praemittitur — (id quod adhibita structura hypotactica usitatum est) — ei, cuius rationem

---

[3]) Doederleinius, quod in eiusmodi locis uoculam *γάρ* reddere uult gestus cuiusdam nutusue rationem, qui aliquo animi motu expressus orationem loquentis praecesserit, aut comitetur (u. d. hom. p. *γ*. Erl. 1858), id commemorasse satis quod habeo, nemini ualde esse reprehendendus mihi uideor.

[4]) cf. huius dissertationis p. 2.

reddit, quod fieri uidemus per particulam „ja“, quae ad notionem uoculae „denn“ quam prope accedat, saepius iam ipsa in hac quaestione attigimus.[5]) Uelut si Chamisso dicit:[6]) ich wollt’ an seiner Wiegė, so treu ihm dienstbar sein, ihn pflegte ja die Liebe, was sollt’ er nicht gedeihn?“ quiuis intellegit uerbis „ihn pflegte ja die Liebe“ — rationem reddi interrogationis quae subicitur, cum inuerso uerborum ordine integra sententia dici potuerit: „wie sollte er nicht gedeihen, da ihn die Liebe pflegen würde“, uel „da ihn die Liebe pflegen würde, wie sollte er (da) nicht gedeihen“, ita ut haec structura analogon fere praebeat eius, quam apud Graecos legimus uerborum transpositionis.[7])

Deinde si quaerimus, quibus praecipue scriptoribus haec sententiarum γάρ iunctarum collocatio usitata sit, primum iam ante Herodotum Homerum hoc dicendi genere saepissime usum esse qui adhuc nescit, ex ea exemplorum multitudine facile cognoscet, quam Sern. attulit et explanauit.[8]) Deinde Herodotum uidi in hoc usu frequentissimum esse post Homerum.[9]) Neque uero ab aliis scriptoribus inueniemus hanc sententiarum causalium collocationem alienam esse Thucydide, Xenophonte aliis cum prae ceteris in hoc usu particulae γάρ crebros esse Sernatingerus doceat poetas tragicos et comicos (I. 62), Platonem Zimmermannus.[10])

Iam ex ipsa hominum natura, et simplici dicendi consuetudine hanc, de qua dicimus sententiarum collocationem profectam esse et quasi emanasse fere ab omnibus conceditur et ipsi Schrautio comprobatur.[11]) Neque uero ut hac enuntiatorum collocatione oratio aptissima saepe fit ac uiuidior,[12])

---

[5]) cf. huius diss. p. 3.

[6]) in poemate illo, quod inscribitur „die Klage der Nonne“ str. VIII.

[7]) cf. quae idem poeta dicit in poemate illo, quod est „Die Löwenbraut“: str. VII. „Verstehst du mich ganz, schaust grimmig dazu, ich bin ja gefasst, sei ruhig auch du. = sei auch du ruhig, denn ich bin ja gefasst. — Guilelm. Müller: Erster Schmerz, letzter Schmerz, str. II: „Die Lust ist ja verrauschet, das Leid hat immer Zeit, Nun singe neue Lieder von alter Seligkeit“, quod est pro: „da die Lust verrauschet ist und das Leid immer Zeit hat, so —.

[8]) I. p. 49 sqq.

[9]) cf. Godf. Herm. ad Iphig. Taur. 635: „— quo genere loquendi saepissime usus est Herodotus“.

[10]) l. l. p. 10. 13. cf. Schrautium p. 42: „es findet sich diese Anwendung von γάρ nicht blos bei einem oder zwei Autoren, sondern durch die ganze Zeit der lebendigen Sprache hindurch“.

[11]) p. 42: — „ein jedem Hellenen geläufiger, dem natürlichen Sprachgefühl entquellender Ausdruck“. —

[12]) u. Zimmermann. p. 12, Fritsch. p. 15: „Die ganze Darstellungsweise trägt das Gepräge gesteigerter Lebendigkeit auf Seiten des Redenden“. cf. Baehr. ad I. 24.

ita Herodotus eam affectasse putandus est, qua artificiose orationem uariaret et „χρῶμα“ ut ita dicam orationi adderet, id quod plane abhorrere ab Herodoti ingenio non satis intellexisse mihi uidetur Valckenarius, qui ad huius modi locum aliquem haece adnotauit:[13]) „Ne narrationis simplicitate langueret oratio, structuris uerborum elegantissimis lectorem excitat Herodotus, quaeque in sermone cottidiano subicienda erat causam ceteris praeponit“, cum id quod causam esse huius structurae Valck. putat, effectum potius mihi uideatur: „orationem simplicitate non languere“. Multo libentius Wendtio assentior qui (l. l. p. 16) „optime“ inquit „ingenio Herodoti conuenit, ut qua de causa quid factum sit prius dicere studeat, quam causam narret. Nam natura causa prior est, quam illud, cuius causa est.[14]) Itaque cum unamquamque rem eo loco dicere consueuerit, quo ipsi in mentem uenit, uel neglecto aut interrupto periodi tenore, etiam ea enuntiata, quae per particulam γάρ orationi inseruntur, non post eas sententias solet ponere, quarum causas continent, sed eo loco, quo sciri eas a legentibus plurimum uidebatur interesse“. —

Iam priusquam ad singula exemplorum genera diligentius distinguenda accedam, quibus ita γάρ ab Herodoto usurpatum legimus, ut sententia γάρ inlata ante eam posita sit enuntiationem, cuius γάρ aut rationem reddit aut explicationem affert, omnino duplicem esse eiusmodi enuntiatorum rationem intellegemus, si grammaticam orationis structuram respicimus.

a) Etenim eiusmodi, de quibus dicimus enuntiatorum prima ea est ratio, ut, cum sententia a particula γάρ ordiens praemittatur ei, cuius ratio redditur, haec ipsa finita sententia causali sicut ab initio instituta erat, progrediatur, ita ut dempta de medio sententia per γάρ praemissa, uerborum complexus non turbetur. Haec est illius quod iam supra attuli exempli ratio.

Nam post praemissam sententiam causalem enuntiatio ea, cui illa immissa est, ita progreditur tamquam omnino uerba illa per uoculam γάρ inlata non legerentur. Huiusmodi exemplorum cum multo maior sit in Herodoto frequentia, non attinet, singulos hic enumerare locos, quippe quorum rationem infra, si de uariis enuntiatis γάρ praemissis disputabitur, facile quiuis intellegat.

b) Altera enuntiatorum ea ratio est, ut enuntiatio, cuius γάρ causam affert, post sententiam γάρ praemissam per parti-

[13]) Ad. VIII. 137. 8, in Schweigh. uol. IV. p. 412.

[14]) cf. Baehr. ad I. 24: „Neque ipsam sententiam uerborumque ordinem si spectemus erit, quod nos offendat. Nam causa utique effectum antecedit“. cf. Schwgh. ad I. 24.

culam quandam conclusiuam denuo excipiatur ita, ut quae „parenthesis“ fieri primo conspectu uidebatur enuntiatio causalis *γάρ* anteposita arctius per particulam conclusiuam ei adiungatur, cuius rationem reddit, enuntiationi, de qua structura docuit Bae. p. 82. Kueh. II. § 544, 2. Huiusmodi exempla, quae Herodotus habet, iam nunc paucis explicare liceat, quamquam etiam infra rursus mihi attingenda erunt.

α) Ac primum quidem sententiam *γάρ* praemissam enuntiatio, cuius causam continet excipit per particulam *ὦν* [igitur].[15])

I. 30, 10: *ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς καὶ σοφίης τῆς σῆς καὶ πλάνης — νῦν ὦν ἐπείρεσθαί με ἵμερος ἐπῆλθέ σε, εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον* — ad quem locum recte Sern. adnotat (I. p. 61) enuntiatione *γάρ* inlata causam afferri subsequentis *νῦν ὦν κτέ.* ante oculos eo magis esse, quod id ipsum duabus significetur uocabulis *γάρ* et *ὦν*.

I. 69, 5: *Ὦ Λακεδαιμόνιοι, χρήσαντος τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα φίλον προς θέσθαι, ὑμέας γὰρ πυνθάνομαι προεστάναι τῆς Ἑλλάδος, ὑμέας ὦν κατὰ τὸ χρηστήριον προσκαλέομαι*: Lac., quoniam uos audio principatum tenere Graeciae. — Particula *ὦν* elucet magis efferri rationem causalem qua ad subsequentia referenda est sententia *γάρ* praemissa: *ὑμέας γὰρ πυνθάνομαι* — sicut nostro sermone uim eius enuntiationis, cuius ratio redditur eo augemus, ut uerbo „darum“ („so“) eam referamus ad illam quae causam continet sententiam uocula „weil“ („da“) inlatam.

I. 121, 3: *ὦ παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην ἠδίκεον τῇ σεωυτοῦ δὲ μοίρῃ περίεις · νῦν ὦν ἴθι χαίρων ἐς Πέρσας.*

I. 166, 3: *καὶ ἦγον γὰρ δὴ καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας, στρατεύονται ὦν ἐπ' αὐτοὺς κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι.*

III. 63, 4: *ὤνθρωπε, φῂς γὰρ ἥκειν παρὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἄγγελος · νῦν ὦν εἴπας τὴν ἀληθείην ἄπιθι χαίρων.*

V. 19, 10: *ὦ παῖ, σχεδὸν γάρ σευ ἀνακαιομένου συνίημι τοὺς λόγους, ὅτι ἐθέλεις ἐμὲ ἐκπέμψας ποιέειν τι νεώτερον · ἐγὼ ὦν σευ χρηίζω, μηδὲν νεοχμῶσαι κατ' ἄνδρας τούτους.*

VI. 11, 5: *ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι —· νῦν ὦν ὑμεῖς ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται.*

VI. 87, 7: *καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπὶ Σουνίῳ πεντετηρίς, λοχήσαντες ὦν τὴν θεωρίδα νέα εἷλον.*

---

[15]) cf. Bae. p. 82. — Adumbrauit hanc structuram etiam Hoffmannus p. 22. 24. 25.

VII. 143, 9: *ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθόν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους · παρασκευάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβούλευε,* — ad quae uerba bene Steinius adnotat uerba *ἀλλα γὰρ κτέ.* protasin tamquam causalem esse eius, quae subsequitur enuntiationis *παρασκευάζεσθαι ὦν* — quamquam quia ad directam orationem narratio transgrediatur (uerbo quod est *συνεβούλευε*) per se posita esse uideantur.

VIII. 108, 23: *ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσην · ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν.*

Huc referre liceat quae legimus V. 124, 1. *Ἁλισκομενέων δὲ τῶν πολίων, ἦν γὰρ ὡς διέδεξε Ἀρισταγόρης ὁ Μιλήσιος ψυχὴν οὐκ ἄκρος, ὃς ταράξας τὴν Ἰωνίην καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα μεγάλα δρησμὸν ἐβούλευε ὁρέων ταῦτα · πρὸς δέ οἱ ἀδύνατα ἐφάνη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι · πρὸς ταῦτα δὴ ὦν συγκαλέσας τοὺς συστασιώτας ἐβουλεύετο ·* — Huius loci anacoluthon optime Melander intellexit (p. 45), qui conlaudans Steinii, quam et ipse accepi uerborum distinctionem in eorum anacoluthorum numero hunc locum esse uult, quibus secundariae quae sunt orationis partes primariis sunt destitutae. Etenim uerba *ἦν γὰρ ὡς διέδεξεν κτέ.* enuntiatio excipit relatiua (pro qua primaria esse debebat, ut apodosis), et huic ipsi aliud enuntiatum adseritur primarium uerbis *πρὸς δέ οἱ κτέ.*, quo cum iuterrumpatur oratio ita non procedens ut par erat, apodosis a uerbis demum incipere putanda est *πρὸς ταῦτα δὴ ὦν κτέ.*, ita quidem, ut particula *ὦν* praemissam quae erat enuntiationem causalem excipere mihi uideatur. Deinde, quod relatiuum „*ὅς*" delendum esse suspicatur Krueg. „duram" quam uocat efficiens anacoluthiam, probabile mihi non uidetur, cum Herodotum saepissime iam uiderimus eiusmodi anacolutha propter maiorem sermonis perspicuitatem praeferre concinniori uerborum complexui.

Sententiam causalem *γάρ* praemissam particula conclusiua *νύν* excipit addita ei enuntiationi, cuius causa praemittitur:

I. 124, 5: *ὦ παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέουσι,* — — · *σύ νυν Ἀστυάγεα τὸν σεωυτοῦ φονέα τῖσαι.*

IV. 97, 11: *ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ γῆν γὰρ μέλλεις στρατεύεσθαι, τῆς οὔτε ἀρηρομένον φανήσεται οὐδὲν, οὔτε πόλις οἰκεομένη · σύ νυν γέφυραν ταύτην ἔα κατὰ χώρην ἑστάναι.*

Interdum enuntiatio primaria, quae sententiam causalem sequitur *γάρ* praemissam, per particulas *μέν* — *δέ* bifariam diuisa est.

I. 85, 12:[16]) *ἁλισκομένου δὴ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις*

---

[16]) de quo loco Werferum adeas in Actt. phil. Monac. I. p. 79 sq.

Περσέων ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μέν νυν ὁρέων ἐπιόντα ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε. —

Eodem modo leguntur particulae *μέν νυν* — *δέ* III. 83, 5: *ἄνδρες στασιῶται, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γε τινὰ ἡμέων βασιλέα γενέσθαι — — — · ἐγὼ μέν νυν ὑμῖν οὐκ ἐναγωνιεῦμαι·* (ad quae uerba Kruegerus: „*γάρ*" inquit „bezieht sich auf das folgende *νύν*, wie sonst auf *ὦν*." —)

Postrema particulam *τοιγαρῶν* uidemus antepositam sententiam causalem *γάρ* inlatam in ea enuntiatione primaria excipientem, cuius causa praemittitur IV. 149, 1: *ὁ δὲ παῖς οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλεύσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν ὄϊν ἐν λύκοισι,* — de cuius loci structura singulari infra uberius dicetur. Kruegerus particulas *τοιγαρῶν* quae hoc tantum loco leguntur circumscripsit tamquam ab Herodoti consuetudine abhorrentes.

β) Simili modo, quo factum esse per particulas quasdam conclusiuas nunc ipsum uidimus, Herodotus orationem saepe ita instituit, ut sententiam per particulam *γάρ* praemissam in subsequenti enuntiatione demonstratiuum excipiat uel pronominis „*αὐτός*" aliqui casus,[17]) quo apparet et angustiorem reddi, quae inter utramque enuntiationem intercedit rationem, neque sententiam causalem per particulam *γάρ* praemissam interpositionis quam dicunt loco posse haberi. (cf. Kueh. II. § 544, 2. p. 854.)

Huius structurae, cuius Sern. exempla conlegit Homerica (I. p. 63 sqq., cf. Bae. p. 78 sq.) Herodotus exemplaria exhibet haece:

I. 8, 3: *ὥστε δὲ ταῦτα νομίζων, ἦν γάρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα, τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων.* Particulam *γάρ* perspicuum est subsequentium rationem reddere, quae sunt: *τούτῳ τῷ Γύγῃ κτέ.*, quae uerba per demonstratiuum *τούτῳ* etiam firmius adiuncta sunt praecedenti sententiae causali. Ceterum eam esse uerborum rationem ac structuram, ut ad uerbum „*ὑπερεπαινέων*" ex superioribus repetendum sit quod est *ὑπερετίθετο*, Kruegerum, Lhardyum, Steinium, Abichtium secutus docuit Sernatingerus (I. p. 65), qui recte sic uerba explicat: quod Gyges regis gratia florebat, maximeque ei acceptus erat, ob eam causam cum de grauissimis rebus cum eo com-

[17]) Haec structura in eis putanda est, quibus oratio Herodotea scatet „*ἐπαναλήψεως*" uariis generibus, de quibus sunt: Wendtius, l. l. p. 8 sqq. Zimmermannus p. 11. — Zanderus „de epanalepsi Hom. et Herod." Lundae 1871. cf. Hoffmannum p. 24, 2.

municabat, tum de mulieris forma, quam summis laudibus extulit.“

I. 114, 10: *εἷς δὴ τούτων τῶν παιδίων συμπαίζων, — —, οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν*, de quo loco infra dicendum erit.

I. 119, 4: *ἐςελθὼν δὲ τὴν ταχίστην, ἦν γάρ οἱ παῖς εἷς μοῦνος ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα γεγονώς, τοῦτον ἐκπέμπει ἰέναι.*

I. 126, 1: *ὡς δὲ παρῆσαν ἅπαντες ἔχοντες τὸ προειρημένον, ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος, ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης ὅσον τε ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα σταδίους ἢ εἴκοσι πάντῃ, τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέρῃ.*

I. 155, 15: *τὰ μὲν γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξα, καὶ ἐγὼ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω· τὰ δε νῦν παρεόντα Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ συ ἐπέτρεψας Σάρδις, οὗτος δότω τοι δίκην.* Uerba *τὰ δὲ νῦν παρεόντα* a Kruegero moniti interpretum plerique a participio *ἀδικέων* suspendunt, quod et ipse puto concedendum esse. Ceterum hic quoque locus infra attingendus pluribus mihi erit. Hic id tantum monere liceat, ualde uituperandum mihi uideri Schrautium, qui praeter quod non concedit eam, quam nos uolumus esse enuntiationis causalis praepositionem, etiam particulam *γάρ* in sua elementa primaria diuelli uult *γέ* et *ἄρα*, et utrique uoculae certam suam uim ita uindicare studet, ut particula *γε* uocem, cui ipsa particula *γάρ* postponitur, quae est „*Πακτύης*“ efferri prae ceteris eiusque pondus augeri censeat,[18]) id quod neminem puto illi esse concessurum.

III. 78, 14: *ὁ δὲ ἕτερος, ἐπείτε οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρηστὰ ἐγίνετο, ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύγει.*

V. 3, 4: *ἀλλὰ γὰρ τοῦτο* (sc. *τὸ ὑπ᾽ — ἑνὸς ἄρχεσθαι*) *ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον* (*ἐστι*) *μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες.* (De enuntiatis ab *ἀλλὰ γάρ* incipientibus paulo infra disputabitur.) Quam per particulam *γάρ* Herodotus praemittit causam enuntiationis subsequentis, ea excipitur per demonstratiuum quod est *κατὰ τοῦτο.*

V. 67, 3: *Κλεισθένης γὰρ Ἀργείοισι πολεμήσας τοῦτο μὲν ῥαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι — · τοῦτο δὲ, ἡρώιον γὰρ ἦν, καὶ ἔστι ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορῇ τῶν Σικυωνίων Ἀδρήστου τοῦ Ταλαοῦ, τοῦτον ἐπεθύμησε ὁ Κλ. ἐόντα Ἀργεῖον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρης.*

V. 111, 3: *πυθόμενος ὦν ταῦτα ὁ Ὀνήσιλος, ἦν γάρ οἱ*

---

[18]) p. 45: „*γάρ*“ schliesst sich wie das einfache *γε* an den Begriff an, der als festgehalten bezeichnet wird, also in der einen Stelle (I. 69) an „*ὑμέας*“, in der andern (I. 155) an „*Πακτύης*“: „Paktyes wenigstens.“

ὑπασπιστὴς γένος μὲν Κάρ, τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος καὶ ἄλλως λήματος πλέος, εἶπε πρὸς τοῦτον.

VI. 88, 3: καὶ ἦν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἀνὴρ δόκιμος, οὗτος μεμφόμενος μὲν τοῖσι Αἰγινήτῃσι προτέρην ἑωυτοῦ ἐξέλασιν ἐκ τῆς νήσου, μαθὼν δὲ — συντίθεται Ἀθηναίοις προδοσίην Αἰγίνης.

VI. 102, 4: καὶ ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεότατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης, ἐς τοῦτό σφι κατηγέετο Ἱππίης.

VI. 109, 5: ὡς δὲ δίχα τε ἐγίνοντο καὶ ἐνίκα ἡ χείρων τῶν γνωμέων, ἐνθαῦτα, ἦν γὰρ ἑνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν (τὸ παλαιὸν γὰρ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον τὸν πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι) ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος. πρὸς τοῦτον ἐλθὼν Μιλτιάδης ἔλεγε τάδε · Quem locum non uerbo tenus exscripsissem, nisi optimum mihi Herodoti „λέξεως εἰρομένης“ specimen uideretur praebere, et summae perspicuitatis studii illius, quod ut bene dicit Melander (p. 3), uel maxime cernitur, cum scriptor, postquam in mediam sententiam primariam longiores partes secundarias interiecit, incepta structura relinquenda consequentem perpetuumque orationis tenorem abrumpere, quam sententia ad iustum finem perducenda aliquam obscuritatis culpam in se admittere maluit.“

VII. 44, 2: καὶ προεπεποίητο γὰρ ἐπὶ κολωνοῦ ἐπίτηδες αὐτῷ ταύτῃ προεξέδρη λίθου λευκοῦ, ἐποίησαν δὲ Ἀβυδηνοὶ ἐντειλαμένου πρότερον βασιλέος, ἐνθαῦτα ὡς ἵζετο, κατορέων ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ἐθηεῖτο. Uerba ἐποίησαν δὲ — simili modo per parenthesin orationi inseruntur, quo per particulam δὲ persaepe factum uidemus[19]). Quare praestat haec uerba ἐποίησαν δὲ — uncis circumscribere, uel commatibus notare quod Steinius et ipse fecit in prima editione, cum in recentissima magna post uerbum quod est βασιλέος incisione facta nouum enuntiatum incipiat a uerbis ἐνθαῦτα ὡς.

VII. 214, 13: ἀλλ᾽ Ἐπιάλτης γάρ ἐστι ὁ περιηγησάμενος τὸ ὄρος κατὰ τὴν ἀτραπόν, τοῦτον αἴτιον γράφω.

VIII. 5, 3: ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντος γὰρ ὁ Ὠκύτου ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς τῶν λοιπῶν ἤσπαιρε μοῦνος — πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας.

VIII. 8, 1: ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος, — — οὗτος ὁ

---

[19]) Eiusmodi interpositiones per δέ inlatas apud Herodotum locis legi hisce: IV. 76, 13. VI. 127, 3. VII. 154, 3. VIII. 2, 2. 24,4. 67, 2. 85, 3. 135, 8. c. not. St.' IX. 66, 7. 110, 7.

Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, quibus in uerbis interpositioni, quam Krueg. uoluit uncis circumdans uerba *ἦν γὰρ — περιεβάλετο* loci nihil esse potest, quoniam sententia insequens pronomine demonstratiuo his ipsis uerbis adiungitur.

IX. 35, 1: *ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμένου, πάντως συνεχώρεόν οἱ.*

IX. 122, 4: *ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀνδρῶν δέ σοι Κῦρε, κατελὼν Ἀστυάγην, φέρε, γῆν γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχέαν, μεταναστάντες ἐκ ταύτης ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω.* —

§ 2. Iam, his peractis, ad distinguenda uaria genera transgrediatur oratio exemplorum, quibus particulam *γάρ* ita usurpatam legimus, ut rationem reddat enuntiationis subsequentis, quo intellegi possit, ad cuiusmodi enuntiata hic particulae usus apud Herodotum pateat.

A) Ac primum quidem Herodotus, si noui aliquid in narrationem inducit, siue persona est, siue locus, siue euentus, siue res quaelibet omnino, quae ita promouet narrationem ut causa putanda sit efficiens eius, quod gestum esse uel euenisse narratur, hanc per particulam *γάρ* praemittit in narrando ei cuius causa continetur uel expositio in sententia *γάρ* anteposita[20]· Quod cum saepe ita legamus factum esse, ut sententia a *γάρ* incipiens post prima uerba ipsius enuntiationis primariae, cuius rationem reddit immittatur, ueluti media ei interposita, nonnulli grammatici eum in modum huiusmodi enuntiationes *γάρ* praemissas accipiunt, ut interpositionum quae dicuntur loco eas habeant, et usitatis parentheseos signis ([—] uncis uel — — lineolis) includant, quorum in numero Classenius est[21]), Baeumleinius[22]), qui lineolis utitur, Poppo (ad Thuc. I. 81). Quod tum minime probauerim, cum — id quod plerumque fit — ea enuntiationis uerba, quae sententiam antecedunt *γάρ* inlatam, ad hanc ipsam non minus sunt quam ad eam referenda, quae finita sententia *γάρ* praemissa legitur, uelut I. 74, 1: *μετὰ δὲ ταῦτα, οὐ γὰρ δὴ Ἀλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρῃ, πόλεμος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι ἐγεγόνεε ἐπ' ἔτεα πέντε,* — ubi quiuis uidet

---

[20]) Steinius ad I. 8, 4: „parenthetische Zwischensätze mit *γάρ* gebraucht H. gern, um eine neue Person oder Sache, oder einen neuen erklärenden oder begründenden Umstand in die Erzählung einzuführen, ohne diese zu unterbrechen.“ cf. Zimmermann p. 12.

[21]) Beobacht. p. 7: „Der Character einer solchen voraufgeschobenen Begründung muss aber immer parenthetisch werden, sobald sie nicht mit dem folgenden eine relative Verbindung eingeht.“

[22]) p. 78.

uerba *μετὰ δὲ ταῦτα*, quippe quae non modo ad ea spectent, quae post uerba *γάρ* inlata narrantur sed ad ea ipsa protinus, quae in sententia causali exponuntur temporis notionem referant, non posse ab his uerbis *γάρ* praemissis uncis separari. Neque ceteris eiusmodi locis parenthesei magis locus est quam illis, quibus sententiam *γάρ* antepositam uocatiuus antecedit, quia etiam compellatio uel adlocutio hoc uocatiuo indicata non solum ad enuntiationem primariam pertinet, quae post uerba *γάρ* inlata legitur, sed etiam ad ipsam, quae his uerbis continetur sententiam causalem.

Bene hac de re disputauit Sernatingerus et ante eum Wendtius, qui optime „non falso" inquit „eiusmodi enuntiationes ita accipiuntur, quasi uncis sint inclusae. Neque tamen uncis uidetur esse utendum"[23]).

Iam enuntiatione causali per particulam *γάρ* praemissa n o u a q u a e d a m p e r s o n a inducitur in narrationis continuationem:

I. 8, 4: *ὥςτε δὲ ταῦτα νομίζων, ἦν γάρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γ ύ γ η ς ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα, τούτῳ τῷ Γύγῃ — — ὑπερετίθετο*, quibus uerbis sic compositis non negandum erit praeoccupari quodam modo aures et diligentius attendi ad ea, quae de Gyge Herodotus narraturus est, quam si, ut fieri solet subsequeretur sententia causalis *γάρ* praemissa eam cuius rationem reddit enuntiationem.

I. 119, 4: *ἐσελθὼν δὲ τὴν ταχίστην, ἦν γάρ οἱ π α ῖ ς εἷς μοῦνος, — τοῦτον ἐκπέμπει.*

V. 111, 3: *πυθόμενος ὦν ταῦτα ὁ Ὀνήσιλος, ἦν γάρ οἱ ὑ π α σ π ι σ τ ὴ ς γένος μὲν Κάρ, — εἶπε πρὸς τοῦτον. —*

VI. 109, 5: *ὡς δὲ δίχα τε ἐγίνοντο καὶ ἐνίκα ἡ χείρων τῶν γνωμέων, ἦν γὰρ ἑ ν δ έ κ α τ ο ς ψ η φ ι δ ο φ ό ρ ο ς — πολεμαρχέειν, ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος · πρὸς τοῦτον ἐλθών. —*

VIII. 5, 4: *ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀ δ ε ί μ α ν τ ο ς γὰρ ὁ Ὠκύτου — ἤσπαιρε μοῦνος, — — πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης.*

VIII. 8, 4: *ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σ κ υ λ λ ί η ς Σκιωναῖος — οὗτος ὁ Σκυλλίης.*

Praeterea VI. 88, 2.

L o c u m q u e n d a m, quo transgreditur narratio indicat sententia particula *γάρ* praemissa.

---

[23]) de orar. Her. p. 16.

I. 126, 1: ὡς δὲ παρῆσαν ἅπαντες, — ἐνθαῦτα[24]) ὁ Κῦρος, ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης — — τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι.

VI. 102, 4: καὶ ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεότατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι — ἐς τοῦτό σφι κατηγέετο Ἱππίης.

III. 78, 14: ὁ δὲ ἕτερος, ἐπείτε οἱ τὰ τόξα οὐδὲν χρηστὰ εγίνετο, ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύγει. —

V. 67, 6: — τοῦτο δὲ, ἡρώϊον γὰρ ἦν καὶ ἔστι ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορῇ — τοῦτον ἐπεθύμησε ὁ Κλεισθένης —

VII. 44, 10. VIII. 107, 10.

Praeterea causa quaedam uel res aliqua noua infertur in narrationem per sententiam uocula γάρ praemissam, quae enuntiationem subsequentem explicat, uel huius rationem reddit locis hisce:

I. 74, 1: μετὰ δὲ ταῦτα, οὐ γὰρ δὴ ὁ Αλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρῃ — πόλεμος — ἐγεγόνεε.

I. 118, 11: τοῦτο δέ, σῶστρα γὰρ τοῦ παιδὸς μέλλω θύειν — πάρισθί μοι ἐπὶ δεῖπνον.

I. 129, 8: Ἅρπαγος δὲ ἔφη, αὐτὸς γὰρ γράψαι, τὸ πρῆγμα δὴ ἑωυτοῦ δικαίως εἶναι.

I. 174, 16: καὶ δὴ πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων, μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ οἰκότος — ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους.

II. 34, 2. 113, 5. 147, 5. 150, 6. 181, 15.

III. 62, 2. 63, 2. 78, 15. 105, 9.

IV. 122, 8. 156, 7. 157, 1.

---

[24]) Notum est Herodotum in apodoseos initio multis modis indicare solere, ad illam ipsam enuntiationem, quae praecesserit, hanc (apodosin) esse referendam, qua de re dixit Wendtius p. 5—8. Ipse hanc contuli locorum nubem, quibus apodosis incipitur ab aduerbiis et particulis hisce:
ἐνθαῦτα: I. 61, 16. 76, 5. 84, 6. V. 34, 12. 112, 11. VI. 23, 10. 39, 2. 109, 5. VII. 154, 4. VIII. 123, 6. 125, 2. IX. 33, 2. 52, 5. 76, 2. 97, 6.
ἐνθαῦτα δή: III. 128, 20. V. 92, η, 4. VI. 13, 2. 16, 8. 111, 2.
τότε: I. 21, 11.
τὸ ἐνθεῦτεν: I. 162, 7. III. 98, 15. VI. 104, 7. IX. 102, 11.
ἀπὸ τούτου: II. 2, 4. VIII. 23, 8.
οὕτω: I. 137, 7. II. 14, 19. 85, 9. 89, 4. 136, 12. 152, 24. IV. 65, 6. 7. V, 92, α, 10. VI. 68, 7. 104, 10. VIII. 61, 4. 137, 19.
οὕτω δή: I. 5, 8. 64, 2. 84, 23. 94, 22. 116, 20. II. 66, 4. 73, 20. 118, 20. 169, 14. III. 11, 13. 56, 7. IV. 147, 20. 167, 10. 179, 13. V. 37, 6. 86, 12. VI. 36, 1. 61, 30. VII. 155, 3. 158, 14. 174, 4. 205, 7. 233, 4. VIII 23, 6. 31, 1. 40, 13. 84, 7. 118, 18. 132, 9. IX. 6, 5. 15, 3. 18, 10. 23, 7. 34, 8. 35, 4. 49, 14. 63, 8. 70, 10. 86, 7. 103, 10. 108, 14. 117, 6. 118, 3.
ὦν: I, 123, 13. VI. 87, 8. IX. 25, 13.
νῦν ὦν: I. 121, 4. III. 63, 5. IX. 87, 5.

V. 20,6. 9. 24,7. 29,3. 67,6. 103,5. 114,6. 124,1.
VI. 5,10. 16,7. 55,3. 70,9. 89,7. 135,13.
VII. 96,5. 135,11. 170,2. 173,21. 206,4. 213,9.
VIII. 109,10. 112,2. 137,20. 25.
IX. 11,10. 35,2. 60,13. 111,11. 122,5.

Ne a latino quidem sermone, et poetarum praecipue dictione similis usus particulae causalis: „nam enim" abhorret, quo sententia causalis praemittitur enuntiationi ei, cuius rationem reddit, id quod etiam nostro sermone interdum posse fieri exemplis supra demonstrauimus. Uelut in eis, quae Horatius dicit carm. IV. 11,31:

— age iam meorum
finis amorum
— Non enim posthac alia calebo
femina — condisce modos, amanda
uoce quos reddas —

uerbis quae legutur: „non enim — femina" causa continetur eius quae insequitur adhortationis: „condisce modos" — (quia posthac alia femina non calebo — condisce modos) —

epod. XVII. 45, Et tu, potes nam, solue me dementia.

B) Deinde saepissime in appellationibus uel orationum exordiis ab Herodoto antepositam esse uidemus sententiam causalem ei, cuius ratio redditur enuntiationi (cf. Thie. § 277, e. p. 478. Herm. ad Uig. [4]. p. 826. Kueh. II. § 537,8. Bae. p. 78. Sern. I. p. 52. sqq. II. 5. sqq. — Schw. ad I. 124. Steinius ad I. 8.) quam structuram usitatissimam esse apud Homerum satis superque notatum est et nuper a Sernatingero uberrime ac doctissime exemplis inlustratum permultis. In huiusmodi praesertim enuntiationes cadere mihi uidetur, quod optime Wendtius de praemissis sententiis causalibus omnino disputauit (p. 16), quas dicit „cum per particulam *γάρ* enuntiationi primariae adiunctae sint, tamen ita in ineunte uel media periodo collocatas esse, ac si scriptor non particula *γάρ*, sed *ἐπεί* usus esset," quam comparationem bene quadrantem iam Schweighaeuseus fecit[25]).

Etenim quale legimus apud Homerum *κ*, 174:

ὦ φίλοι οὐ γάρ κω καταδύσομεθ᾽ ἀχνυμένοι περ ‖ εἰς Αἰδάο δόμους, πρὶν μόρσιμον ἦμαρ επέλθῃ ‖ ἄλλ᾽ ἄγετ᾽ —

et *ν*, 4:

ὦ Ὀδυσεῦ, ἐπεὶ ἵκευ ἐμὸν ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ ‖ ὑψερεφὲς, τῷ σ᾽οὔ τι παλιμπλαγχθέντα γ᾽οἴω ‖ ἀψ᾽ ἀπονοστήσειν —

[25]) tom. III. p. 15, sq.: „ita nempe fit, ut in huiusmodi sermonis constructione particula *γάρ* eandem uim habeat, ac *ἐπεί* uel *ἐπειδή*, cum, quia, quoniam." cf. Enstath. ad B. 803, p. 264, 36. ed Basil. —

simillimam esse quiuis concedet utriusque loci rationem, praeterquam quod priore loco per parataxin praeposita est sententia causalis, altero per hypotacticam structuram, qua adhibita scimus soleri praemitti enuntiationem secundariam. Optime hanc sententiarum collocandarum rationem monet Pfudelius[26]) naturam ipsam uideri praescripcisse et „magnopere esse adcommodatam ad mouendos audientium animos". Nam facilius nobis uidemur, si quid petimus, impetraturi esse, cum ante rationem reddimus eius, quod petituri sumus, quam petimus id ipsum uel fieri iubemus, quasi impedituri, quominus praemissa rogatione obloquantur interim nobis ei, quos adloquimur, priusquam causam audiuerint. Praeterea ut omni fere dubitatione liberum mihi uidetur esse, particula *γάρ* in orationum exordiis uel post uocatiuum rationem reddi eius, cui sententia *γάρ* inlata anteponitur enuntiationis, ita fuerunt, qui aliam rimari uellent sententiarum *γάρ* iunctarum rationem, neque uero eam ut opinor probandam, quorum in numero imprimis est Godofr. Hermannus, qui eiusmodi locos censet per „contractionem orationis" explicandos esse[27]), cui nullus certe locus est. Neque uero magis eis assentiri possum, qui particula *γάρ* in orationum exordiis et appellationibus uelint appellationis emphasin (ut Sernatingeri uerbis utar II. p. 6.) explicari, causamque afferi, qua is qui loquitur ad dicendum se adductum esse exponat, ita ut uocatiuus uel appellatio instar sit totius enuntiationis, in quibus Ameisius est[28]), non probatus, qui multus de ea re est Sernatingero, et ante hunc, cui ipse assentior Klotzio in eis quae ad similem locum adnotauit (ad Deu. p. 236), Her. I. 8, 10. ubi haece legimus: *Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός* (-), *ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν.* „Nec uero" inquit „ellipsis statuenda est, quem ad modum alii uoluerunt hos locos accipi, quasi hoc diceret Herodotus: „Gyges, te appello, neque enim existimo". Neque enim talia potes supplere, nisi is, qui loquitur, aliquo certe modo eadem significauit. At si quis dicat, hoc ipso casu uocatiuo significari, ne is quidem recte existimauerit. Dici enim potuit etiam omissa illa appellatione: „*οὐ γάρ σε δοκέω*". Quod et ipsum apud Herodotum factum legimus I. 97, 11: *οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι δυνατοί εἶμεν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα.* Neque uero in ceteris quoque eiusmodi exemplis Herodoteis ad illam quam uolunt aut ellipsin aut

---

[26]) Beitrr. zur Syntax der Causalsätze bei Homer. 1871. p. 17.
[27]) ad Uig. [4]. p. 826.
[28]) cf. Thierschium in gramm. gr. § 277. 3, e.

appellationis emphasin confugiendum nobis erit, cum in omnibus locis per uoculam γάρ causa praemitti putanda sit eius enuntiationis, quae subsequitur. Haec uero ipsa enuntiatio, cuius praemittitur causa per particulam γάρ etiam apud Herodotum saepissime iussum quendam continet uel adhortationem, atque ita plerumque fit, ut imperatiuum particula quaedam comitetur conclusiua, cuius structurae exemplaria cum supra iam exposuerim Herodotea, hic enumerare tantum mihi liceat, praesertim cum nullam iam exhibeant ad explicandum difficultatem. Sunt haece:

I. 30,10. (ὦν). 121,3. 124,5 (νύν).
III. 63,4. (ὦν). 83,5. (νυν).
IV. 97,11. (νύν). V. 19,10. (ὦν).

IX. 17,16: *ὦ Φωκέες, πρόδηλα γὰρ ὅτι ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ δώσειν, διαβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰκάζω · νῦν ἄνδρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεόν ἐστι γενέσθαι ἀγαθόν.*

VII. 157,12: *σὺ δέ, δυνάμιός τε γὰρ ἥκεις μεγάλως, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα ἄρχοντί γε Σικελίης, βοήθεέ τε τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα* — quo loco uerba *σὺ δέ* — pro appellatione accipienda esse uel collocatione uoculae γάρ ipsa cernitur.

VIII. 101,17: *σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβούλευσας τῆς γενομένης οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος*: de quo loco Steinium adeas, qui bene notat, particulam ὦν excipi a particula νῦν, quam saepe in fronte positam legimus enuntiationis adhortatiuae cum uocula τε coniunctam: I. 125,7. VIII. 140, α. IX. 21,10.

Interdum uocatiuus sententiam causalem γάρ praemissam non antecedit, sed post uerba legitur γάρ inlata.

IV. 79, 14: *ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει · νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύεται καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται · εἰ δέ μοι ἀπιστέετε, ἕπεσθε, καὶ ἐγὼ ὑμῖν δέξω.* Cuius loci rationem bene Kruegerus intellexit haece adnotans: Der Zusammenhang (inquit): „da ihr uns verlacht, so will ich euer Unrecht dartun“, ita ut imperatiuus demum ἕπεσθε logicae tamquam apodoseos instar accipiendus sit sententiae per uoculam γάρ praemissae. cf. Hoffmann p. 21. II.

VI. 11,5: *ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι —. νῦν ὦν ὑμεῖς ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται*: quibus locis quid γάρ particulae facerent,

qui „appellationis emphasin“ confirmari in eiusmodi sententiis arbitrantur uocula *γάρ*, uel ellipsin statuendam esse, cui nullus certe locus esse potest?

Postremo uerbo tantum monendum est etiam poetis latinis usitatam esse eandem uoculae „nam“ uel „enim“ structuram[29]), neque deesse, qui non tam subsequentium rationem reddere has particulas censeant, quam ad sententiam aliquam ex appellatione mente addendam esse referendas, ut Nauckius, qui ad Hor. carm. III. 11:

> Mercuri, nam te docilis magistro
> mouit Amphion lapides canendo
> — — — dic modos —

adnotat: „Nam begündet den Anruf“, uel Orellius qui eiusmodi sententiam cogitando suppleri uult: „nam potes praestare, quod te precor“. —

C) Tertium genus eius, quam tractamus structurae, qua antepositam legimus sententiam causalem *γάρ* inlatam ei, cuius rationem reddit enuntiationis illud est ut, cum per coniunctionem *καί* narratio continuetur, post prima uerba eius enuntiati, quod per particulam *καί* praecedentibus adnectitur, uel ipsam post hanc, quae in fronte enuntiationis legitur uoculam *καί*, priusquam id ipsum legamus quod narraturus erat Herodotus a uocula *καί* orationem incipiens, sententia causalis interponatur *γάρ* inlata rationem reddens eius, quod subsequitur narratum. Quod genus, cum simillimum sit ei, quod primo loco tractauimus, per se tractandum ideo institui, quod etiam alia esse potest ratio particularum *καὶ* — *γάρ* in una eademque sententia iuxta positarum, de qua postea erit dicendum.

Nunc eos afferam locos, quibus particula *καί* ad subsequentem enuntiationem trahenda est, cuius causa per sententiam *γάρ* inlatam praemittitur, de qua structura disputauit Bae. p. 81[30]), Krueg. ad. I, 24.

I. 166, 3: *καὶ ἦγον γὰρ δὴ καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας, στρατεύονται ὦν ἐπ᾽ αὐτοὺς κοινῷ λόγῳ χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι.* De particulo *ὦν* sententiam causalem excipienti *γάρ* praemissam supra iam disputatum est.

III. 123, 2: *καί κως ἱμείρετο γὰρ χρημάτων μεγάλως ἀποπέμπει πρῶτα καιοψόμενον Μαιάνδριον.* Manifestum cum sit particula *γάρ* rationem reddi uerborum quae infra leguntur *ἀποπέμπει κτέ*, et ad haec trahendam esse a qua enuntiatio

---

[29]) Exempla contulit Sernatingerus II. p. 7 sqq.

[30]) „Auch *καὶ γάρ* wird so gebraucht, dass *καί* zum ganzen Satze, *γάρ* zum begründenden Zwischensatze gehört“; uide etiam Hoffmannum, p. 24, V.

incipit coniunctionem *καί*, non falso eiusmodi sententias accipiemus, quasi commatibus separata esset sententia *γάρ* praeposita. Nolim tamen eam interpositionis signis notare, quod fecerunt Baeumleinius p. 81. et qui similibus locis Thucydideis uncis intercludunt sententias a *γάρ* incipientes Classenius et Boehmius[31]) interpositionum eas loco habentes, cui locus esse nullus potest, cum ratione causali arctissime inter se cohaereant utraque sententia, id quod alienum est ab eis, quas „parentheses" nominauimus interpositionibus. Neque uero ipsis commatibus uidetur utendum esse, cum uix praestet totam uerborum complexionem ita dissecare, ut particula *καί* a sententia causali, quam et ipsam quodammodo ad antecedentia adnectit legatur separata.

IV. 8, 11: *καὶ καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε καὶ κρυμόν, ἐπειρυσάμενον τὴν λεοντέην κατυπνῶσαι.*

IV. 76, 7: *καὶ εὗρε γὰρ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἀνάγοντας τοὺς Κυζικηνοὺς ὁρτὴν μεγαλοπρεπέως κάρτα, εὔξατο τῇ μητρὶ ὁ Ἀνάχαρσις.*

IV. 125, 4: *καὶ οὐ γὰρ ἀνίει ἐπιὼν ὁ Δαρεῖος, οἱ Σκύθαι κατὰ τὰ βεβουλευμένα ὑπέφευγον ἐς τῶν ἀπειπαμένων τὴν σφετέρην συμμαχίην.*

IV. 152, 9: *καὶ οὐ γὰρ ἀνίει τὸ πνεῦμα, Ἡρακλέας στήλας διεκπερήσαντες ἀπίκοντο ἐς Ταρτησσόν.*

V. 33, 6: *καὶ οὐ γὰρ ἔδεε τούτῳ τῷ στόλῳ Ναξίους ἀπολέσθαι, πρῆγμα τοιόνδε συνηνείχθη γενέσθαι*: Hoc loco non erat, quod uncis intercluderet sententiam a uerbis *οὐ γάρ* incipientem Steinius, cum ceteris locis recte omiserit interpositionis signa.

V. 80, 6: *καὶ οὐ γάρ τις γνώμη ταύτης ἀμείνων ἐδόκεε φαίνεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων.*

VI. 5, 6: *καὶ δὴ νυκτὸς γὰρ ἐούσης βίῃ ἐπειρᾶτο κατιὼν ὁ Ἱστιαῖος ἐς τὴν Μίλητον, τιτρώσκεται τὸν μηρόν.*

VI. 61, 9: *καὶ οὐ γὰρ συνεγινώσκετο αὐτὸς τούτων εἶναι αἴτιος, γαμέει τρίτην γυναῖκα.*

VI. 76, 8: *καὶ οὐ γὰρ ἐκαλλιέρεε οὐδαμῶς διαβαίνειν μιν, ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολιήτας.*

VI. 87, 7: *καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι πεντετηρὶς ἐπὶ Σουνίῳ, λοχήσαντες ὦν τὴν θεωρίδα νέα εἷλον,* — de quo supra disserui loco.

VI. 88, 3: *καὶ ἦν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἀνὴρ δόκιμος, οὗτος —συντίθεται Ἀθηναίοισι προδοσίην* — quae uerba et ipsa supra iam attingenda mihi fuerunt.

[31]) ad Thucyd. in edit. schol. I. 31, 2: „Nach häufigem Sprachgebrauche ist die Begründung dem zu Begründenden parenthetisch vorangestellt". —

VI. 102, 4: cf. hui. diss. p. 41. 44.

VI. 118, 7: *καὶ ἀπίκατο γὰρ τηνικαῦτα οἱ Δήλιοι ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, κατατίθεταί τε ἐς τὸ ἱρὸν τὸ ἄγαλμα.*

VII, 44, 2: cf. hui. diss. p. 41.

VIII. 105, 12: *καὶ οὐ γὰρ τὰ πάντα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος, ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλέα.*

VIII. 118, 7: *καὶ δὴ μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι γεμούσης τῆς νεός, ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος — —, ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλέα εἴρεσθαι.*

IX. 31, 6: *καὶ δὴ πολλὸν γὰρ περιῆσαν πλήθεϊ οἱ Πέρσαι, ἐπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεήτας* —, ad quae uerba quod Krueg. adnotat: „*καὶ δή* gehört zum Hauptsatze" eo facilius concedet quicunque collocationem particulae *γάρ* obseruauerit quartam enuntiationis sedem praeter morem occupantis.

IX. 61, 10: *καὶ οὐ γάρ σφι εγίνετο τὰ σφάγια χρηστά, ἔπιπτον δὲ αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλοὶ καὶ πολλῷ πλεῦνες ἐτρωματίζοντο · φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι ἀπίεσαν τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως.* Haec uerba sic a Steinio scripta haud scio an melius Schw. Schaef. Krueg. *τε* substituentes pro *δέ* ita construant ut uerbis *ἔπιπτόν τε κτέ.* enuntiationem producant a uocula *καί* incipientem, cuius causa praemissa sit uerbis quae leguntur *οὐ γάρ σφι κτέ.*

IX. 87, 1: *καὶ οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινόμενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεξε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμηγενίδης τάδε ·*

IX. 93, 15: *καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε τοὺς Ἀπολλωνιήτας ταῦτα γενόμενα, ἀλλ' ὡς ἐπύθοντο, ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον κατέκριναν.* Quibus in uerbis cum particula *καί* eodem modo, quo in exemplis iam adlatis factum est, ad ea uerba trahenda sit, quibus post sententiam causalem uocula *γάρ* interpositam narratio progreditur uocula *καὶ* incohata, duas constructiones uidemus in unam conflatas esse, particula *ἀλλά* post sententiam causalem excipiente eam, quae iam per uoculam *καί* incepta ideoque nullo alio uinculo adnectenda erat enuntiationem. Quare Herodotus putandus est, perducta ad finem sententia *γάρ* inlata non iam de initio periodi cogitasse, quam per particulam *καί* antecedentibus adiuncturus erat, sed ita perrexisse, tamquam priorem enuntiationem sequentibus non subiecisset particula *γάρ* insertam, sed nulla alia antea particula adhibita sic fere dixisset: *καὶ οὐκ ἔλαθε — ἀλλ' ὡς ἐπύθοντο.* Kruegerus particulam *ἀλλά* circumscripsit, quam recte adnotat nusquam apud Herodotum in apodosi sic legi usurpatam. Tamen magis mihi placet quod Steinius proposuit uerba *ἀλλ' ὡς* commutans in

ἀλλά κως[32]) ita ut haec uerba quae leguntur: ἀλλά κως ἐπύθοντο per oppositionem addita sint sententiae causali interpositae et ea enuntiatio, quae quasi pro apodosi est incipiens ab eo quod est ὑπαγαγόντες ad finem sicut exspectaueris perducatur. —

Iam uenio ad eos locos Herodoteos, quibus particulae *καὶ γάρ* iuxta positae enuntiationem incipiunt. Quarum particularum ita coniunctarum uariam esse posse rationem bene exposuerunt Hoogeu. p. 293. sqq. Klotz, p. 642. sq. Krueg. Di. § 69. 32, 21, 1—3. Kueh. II, p. 854, not. 2. secutus Kratzium[33]).

a) Ac primum quidem ita hae uoculae in fronte enuntiationis leguntur positae, ut ad unam eandemque sententiam, quam incipiunt, trahendae sint, quare una uel altera particula primo quidem aspectu uideri potest omnino abundare, cum utraque sit per se paratactica. Matth. p. 1464. Fritschius l. l. p. 16. Kueh. II. p. 854. 2 b. Optime Kuehnerus docet eam uim exercere hanc particularum *καὶ γάρ* coniunctionem, ut sententia causalis uel explicatiua, cum per particulam *καί* praecedentibus adnectatur, maius pondus habeat tamquam noui aliquid in narrationem ingerens, quod paris sit antecedentibus momenti[34]). Eodem modo saepe a Latinis particulae „namque" uel „etenim" coniunguntur. (Kl. p. 642. Fritschius p. 16.) plane graecis *καὶ γάρ* respondentes (cf.

---

[32]) Haec dicendi figura, qua duae notiones uel duo enuntiata ita iuxta ponuntur, ut cum alterum membrum positiuum sit, alterum huius contrarium neget, unum atque idem utrumque significent, etiam ab Homero usurpata (e. g.: ψ, 265: *μυθήσομαι οὐδ' ἐπικεύσω*, uel hymn. Hom. I., 1. *μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι*) et Sophocli usitata (Antig. 443), haud raro legitur apud Herodotum III. 34, 11: *παραφρονέειν καὶ οὐκ εἶναι νοήμονα*. IV. 161: *χωλός τε ἐὼν καὶ οὐκ ἀρτίπους*. VIII. 16, 9: *ἀντεῖχε καὶ οὐκ εἶκε*. V. 42, 7. alia. Imprimis uero hoc modo duae copulantur notiones. II. 43, 4: *οὐκ ἥκιστα ἀλλὰ μάλιστα*. II. 49, 2: *οὐκ ἀδαής, ἀλλ' ἔμπειρος*. III. 69, 25: *οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως*. VII. 46, 14. 222, 4. IX. 55, 12., alia multa. cf. Stein. ad III. 25. De hac dicendi ratione, quam uocat „*σχῆμα τῶν ἐκ παραλλήλων*" Thierschius disputauit (gr. gr. § 314, 2), Weiskius, „de pleonasmis ling. Gr." et qui multa huius „parallelismi antithetici" quem uocat multorum scriptorum exemplaria contulit Kuehnerus II. § 610. 8. p. 1089.

[33]) Zeitschr. f. Gymnasialwes. 1866. p. 601. sqq.

[34]) l. l. 2. b.: „*καὶ γάρ* verbindet den Satz mit einem vorhergehenden, um den Grund angebenden oder erklärenden Satz mit grösserer Selbständigkeit und grösserem Nachdrucke hervortreten zu lassen, so dass dieser als ein zu dem vorangehenden Gedanken neu hinzutretender und gleich wichtiger bezeichnet wird, während derselbe ohne *καί* bloss mit *γάρ* angereiht minder selbständig und nachdrücklich erscheint." cf. Kratz. l. l. p. 599.

Schoemannum[35]) partt. orr. p. 197) et ne a nobis quidem ipsis similis particularum coniunctio aliena est (und — — ja).

Exempla legi Herodotea:

VI. 77, 5: *ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι· καὶ γάρ δή σφι ἐς τοῦτο τὸ πρῆγμα εἶχε τὸ χρηστήριον τὸ ἐπίκοινα ἔχρησε ἡ Πυθίη.*

VII. 9, 6: *καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη πρῆγμα εἰ Σάκας μὲν καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπάς τε Ἀσσυρίους — καταστρεψάμενοι δούλους ἔχομεν, Ἕλληνας δὲ — οὐ τιμωρησόμεθα.*

VII. 223, 1: *Ξέρξης δὲ — ἐπισχὼν χρόνον ἐς ἀγορῆς κου μάλιστα πληθώρην πρόσοδον ἐποιέετο · καὶ γὰρ ἐπέσταλτο ἐξ Ἐπιάλτεω οὕτω.*

α) Sed maior exstat difficultas, cum in enuntiationibus a *καὶ γάρ* particulis ordientibus iteratur particula *καί*, ita ut coniunctae legantur particulae *καὶ γὰρ καί*, in quo pleonasmo explicando diu multumque elaborauerunt grammatici quos adeas Hoogeu. p. 295. XIII. Krueg. ad Thuc. VI. 61, 2. Kratzius l. c. p. 606. Kueh. II. p. 855. Plerique ita uolunt has particulas accipi, ut alterum *καί* sit „*ἐπιδοτικόν*“ (Hoogeu. p. 295), quo idem ualeant particulae *καὶ γὰρ καί*, quod latinae „etenim etiam“ (Kueh. ad Xen. An. 2, 15: „und zum Beweise dient auch der Umstand, dass“), cum Kratzius neget eam semper esse sententiarum rationem, ut utrique *καί* suam certam ac propriam uim uindicare possimus.

Etiam ab Herodoto adhibitas legi uoculas *καὶ γὰρ καί*, atque ita primum quidem, ut alteri *καί* respondeat tertium:

VI. 108, 3: *Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν τεμένεϊ Ἡρακλέος ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες πανδημεί · καὶ γὰρ καὶ ἐδεδώκεσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο*: etenim et Plataeenses sese — tradiderant et Athenienses — sustinuerunt.

Simili modo legimus I. 163, 16. *καὶ γὰρ καὶ ἡ περίοδος τοῦ τείχεος οὐκ ὀλίγοι στάδιοί εἰσι, τοῦτο δὲ πᾶν λίθων μεγάλων καὶ εὖ συναρμοσμένων,* — quo loco „*τοῦτο δέ*“ ita Steinio uidetur dictum esse, tamquam non *καί* antecessissèt sed cui respondeat „*τοῦτο μέν*“[36]).

---

[35]) „Et“ in „etenim“ ist nichts weniger als ein blosses Hilfsmittel, um die enklitische Partikel an den Anfang des Satzes bringen zu können, sondern es fungirt wirklich, um den Satz an den vorhergehenden augenfälliger anzuschliessen, ganz wie das „que“ in „namque“ und wie auch im griech. dem *γάρ* häufig ein *καί* vorgesetzt wird“. cf. Kratz l. l. p. 603.

[36]) Contra uerbum quod est *τοῦτο* simplicius Melandro ita uidetur explicari (l. c. p. 52, not. 1.) ut ad uerbum *τὸ τεῖχος*, quod significet referen-

β) Saepius uero ita particulas *καὶ γὰρ καί* iuxta positas uidemus, ut alterum *καί* non opponatur tertio *καί* insequenti, sed ad unam eandemque sententiam hae particulae trahendae sint. Praeterea semper obseruaui his particulis additam esse uoculam *δή* (profecto, sane, certe), de qua infra uberius dicendum erit, ita ut iuxta continuentur particulae *καὶ γὰρ δὴ καί*, de qua coniunctura dixit Hoogeu. p. 294. IX. — Hae particulae *καὶ γὰρ δὴ καί* aptissime mihi uidentur sic accipi, ut particulas *καί δὴ καί*, quas ita coniungere omnino Graeci sermonis est (Curt. gr. gr. schol.[10], § 624, 3. Kueh. II. p. 679) dicamus per uoculam *γάρ* ratione explicatiua uel arguementatiua ad antecedentia referri tamquam „*ἐπιδοτικάς*“.

II. 73, 2: *ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ · καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἐτέων πενταχοσίων* — quem particularum pleonasmum neque sermo latinus neque Nostratium imitari semper atque reddere potest, cum satis plerumque habeamus particulam causalem, quippe quae primaria uideatur ex illis esse coniungens sententias exprimere, reliquarum propriam uim uix sentiat obtusius nostrum ingenium.

II. 107, 8: *τὸν δὲ ὡς μαθεῖν τοῦτο, αὐτίκα συμβουλεύεσθαι τῇ γυναικί · καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτὸν ἅμα ἄγεσθαι.*

III. 118, 5: *καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ νόμος οὕτω εἶχε τοῖσι ἐπαναστᾶσι τῷ Μάγῳ ἔσοδον εἶναι — ἄνευ ἀγγέλου.*

VII. 236, 6: *καὶ γὰρ δὴ καὶ τρόποισι τοιούτοισι χρεώμενοι Ἕλληνες χαίρουσι.*

VIII. 25, 6: *οἱ μὲν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα πρήξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ · καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν.*

IX. 34, 1: *ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Μελάμποδα · καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους τῶν ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανεισέων — μισθὸν προετείνατο.* —

Similis exstat pleonasmus, cum negatiuam sententiam causalem antecedentibus adnexam uidemus per particulas *οὐδὲ γὰρ οὐδέ*[37]) (cf. Kueh. II. § 516, 1. et ad Thuc. V. 7, 3.) quae negationis „*ἀναδίπλωσις*“ ab Homero usque per omnem Graecitatem pariter inuenitur: I. 215, 11: *σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν · οὐδὲ γὰρ οὐδέ σφι ἐστὶ ἐν τῇ χώρῃ* — quo loco non erat, quod Krueg. et Ab. delerent alterum *οὐδὲ*, cum item legamus:

IV. 16, 2: *οὐδενὸς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου δύναμαι*

---

dum sit quare cum Schw. sic interpretatur: „et totus hic murus ex magnis lapidibus eisque bene coaptatis est exstructus.“

[37]) De coniunctis particulis *οὐδὲ γὰρ οὐδέ* scripsit Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. uol. IV. I. p. 235. Beniam. Weiskius „de pleonasmis ling. Gr.“ Lips. 1807. p. 159.

πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, — — οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων — ἔφησε ἀπικέσθαι — quamquam recte Krueg. monet ab Homero hanc coniungendi rationem esse petitam [38].

I. 49, 3: *οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε — (οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται) ἄλλο γε ἢ ὅτι καὶ τοῦτον ἐνόμισε μαντήιον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι* —, quae uerba per parenthesin quasi dicta ita cum Eltzio uelim construi, ut uerba *ἄλλο γε ἢ ὅτι κτέ.* pendeant ab eo quod est *οὐκ ἔχω εἰπεῖν*, non, id quod Kruegero placet et Schweighaeusero a uerbo *λέγεται*.

b) α) Deinde particularum *καὶ γάρ* initio enuntiationis iuxta positarum ea est ratio, ut particula *καί* non coniunctiuam uim habeat, sed „*ἐπιδοτικήν*“ uoculae „etiam“, ideoque non tam ad totam enuntiationem trahenda sit, quam ad proximam plerumque notionem uel ad uerborum quorundam eiusdem enuntiati complexionem. Hoogeu. p. 293 VII. Ha. I. p. 138. Kl. p. 643. Fritsch, p. 17. b. Kueh. II. p. 855, 1, cum particula *γάρ* simplici ratione causali uel communi explicatiua notione referenda sit ad antecedentia.

I. 77, 9: *μεταπεμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους (καὶ γὰρ πρὸς τούτους αὐτῷ ἐπεποίητο συμμαχίη)* —: nam etiam cum his armorum societatem pepigerat. In huiusmodi locos cadere mihi uidetur, quod Hartungius de particulis *καὶ γάρ* monuit, qui ita accipiendas esse has particulas censet, tamquam uocula *καί* a suo uerbo ad quod trahenda erat ut „*ἐπιδοτική*“, separata sit interiecta particula *γάρ*, ita ut nostro loco sensus hanc postularet uerborum collocationem: „*καὶ πρὸς τούτους γάρ*“, uel „*ἐπεποίητο γὰρ καὶ πρὸς τούτους*“ [39]), quamquam in eo errauit uir doctus, quod hanc particulorum *καὶ γάρ* explicandarum rationem nimis urget ut solam.

II. 41, 27: *κατὰ ταὐτὰ δὲ τοῖσι βουσὶ καὶ τἆλλα κτήνεα θάπτουσι ἀποθνήσκοντα· καὶ γὰρ περὶ ταῦτα οὕτω σφι νενομοθέτηται*: est enim etiam de his ita lege cautum.

III. 47, 7: *καὶ τοῦ θώρηκος, τὸν αὐτοῖςι Ἄμασις — ἔπεμψε δῶρον· καὶ γὰρ θώρηκα ἐλῄσαντο οἱ Σάμιοι.*

Praeterea sic particulae *καὶ γάρ* coniunguntur:

I. 18, 13. 57, 14. 64, 7. 69, 14. 176, 15. 182, 5.

II. 134, 15.

---

[38]) Simili modo leguntur coniunctae apud Herodotum particulae *οὐδὲ ὦν οὐδέ* II. 134, 6. V. 98, 3 (uide Baehrii adnotationem), quibus locis St. uim aduersatiuam subicere uult particulae „*ὦν*“. ad II. 134. cf. Krueg ad II. 134.

[39]) Quam collocationem et ipsam saepe apud Herodotum inuenimus, ut I. 51, 17: *ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο (ἀνάθημα) Κροίσου*, quae uerba etiam sic collocare Herodotus potuit: *καὶ γὰρ τοῦτό ἐστι Κροίσου.* cf. I. 77, 8. 112, 10. II. 104, 8. III. 52, 27. V. 104, 2. VII. 233, 14. IX. 38, 7.

III. 15, 13. 33, 3. 80, 11. 87, 2.
IV. 35, 10. 181, 12.
V. 67, 20. 103, 11. VI. 27, 2.
VII. 51, 8. 56, 8. 168, 2.
VIII. 101, 17. IX. 37, 3.

Uix illud monendum est eodem modo si negatiua sententia per particulam *γάρ* antecedentibus adiungitur, adhiberi particulas *οὐδὲ γάρ* plane respondentes Latinorum: „ne — quidem“ (Kueh. II. p. 855. ad 2.):

III. 22, 21: *οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα* (sc. *ἔτεα*) *δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι ἀνέφερον.* VIII. 103. etc. etc.

β) Postremo particulae *καὶ γάρ* initio sententiae ita leguntur sese excipientes, ut cum particula *γάρ* ad antecedentia ut solet enuntiationem referat, uoculae *καί* alterum respondeat *καί* insequens, cui opponitur, siue particulae *καί* — *καί* ad singulas tantum notiones trahuntur, siue ad totos uerborum complexus, de qua structura bene Hoogeueenus disputauit (p. 295): „ubi oratio“ inquit „bimembris est, sequente in altero membro *καί*, prius illud *καί* uidetur non tam copulare rationem praemissis, quam opponi *κατὰ πολυσύνδετον*“ (cf. Krueg. Di. § 69. 32, 21 n. 3).

I. 120, 9: *ὁ δὲ πάντα, ὅσα περ οἱ ἀληθέι λόγῳ βασιλέες, ἐτελέωσε ποιήσας· καὶ γὰρ δορυφόρους καὶ θυρωροὺς καὶ ἀγγελιηφόρους καὶ τὰ λοιπὰ πάντα διατάξας ἦρχε*: nam et satellites, et ianitores et internuntios, et ceteris muniis institutis imperium exercuit.

V. 1, 12: *καὶ γὰρ ἄνδρα ἀνδρὶ καὶ ἵππον ἵππῳ συνέβαλον καὶ κύνα κυνί.*

Praeterea eodem modo notiones *κατὰ πολοσύνδετον* opponuntur per particulas *καὶ γὰρ* — *καί* — *καί*: I. 135, 2. 199, 26. II. 30, 14. 64, 7. 83, 3 (ubi quinquies iteratur particula *καί*). 169, 20. IV. 24, 3. 81, 3. 191, 13. VI. 41, 19. 119, 12. VIII. 35, 3. 140. *β*, 8.

Particulae *καὶ γάρ* — *καί* — (*καί*) ita adhibentur, ut uoculae *καί* — *καί* ad totas sententias trahendae sint, quae argumentationis uel explicationis *γάρ* inlatae tamquam membra efficiunt:

I. 167, 9: *ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευσε ποιέειν τὰ καὶ νῦν οἱ Ἀγυλλαῖοι ἔτι ἐπιτελέουσι· καὶ γὰρ ἐναγίζουσί σφι μεγάλως καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπιστᾶσι*: nam et magnifice illis parentant et ludos agunt cum gymnicos tum equestres.

III. 160, 7: *ἐτίμησε δέ μιν μεγάλως· καὶ γὰρ δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου, — καὶ τὴν Βαβυλῶνά οἱ ἔδωκε ἀτελέως νέμεσθαι, — καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπέδωκε*: Praeterea: I. 61, 20.

171, 13. VI. 24, 6. 86, α, 2, β, 10. 106, 8. VIII. 71, 11. IX. 27, 23. 101, 3. 113, 10. —

D) Quomodo ostendimus saepe in enuntiatis copulatiuis a uocula *καί* orientibus sententiam causalem ab Herodoto praemitti ei, cuius rationem reddit, eodem modo factum est, ut in sententiis aduersatiuis, quae a particula *ἀλλά* incipiunt, prius legatur sententia *γάρ* inlata, quam ea enuntiatio, ad quam illa referenda est, qua structura saepe proxime ponuntur alteri altera particulae *ἀλλὰ γάρ*.

α) Huiusmodi exemplorum cum complura distingui possint genera, primum de eis disputabo, quorum ea ratio uidetur esse, ut incohata per particulam *ἀλλά* enuntiatione, sententia causalis uel explicatiua *γάρ* inlata interponatur, eaque interposita demum prior illa ab *ἀλλά* incipiens ad finem perducatur, cuius ratio praemissa erat per particulam *γάρ*, de qua dicendi ratione disputauerunt quos adii grammatici Hoogeu. p. 15, 16. Thie. p. 548, 6. Matth. p. 1465. Ha. I. p. 470. Kl. p. 23 sqq. Bae. p. 80, 82. Kueh. II. p. 725. F. V. Fritzschius in quaest. Lucian. p. 64. sq. Wendt. p. 17. Sern. II. p. 23. sqq.

Huius dicendi generis, quod ab Homero usque per omnem fere Graecitatem inuenimus usitatum esse, et ab omnibus fere scriptoribus adhibitum[40]), exempla habet Herodotus haece:

I. 15, 3: *ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἔργον ἐγένετο βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες.* Uerbis *οὐδὲν γὰρ μέγα κτέ.* causam contineri subsequentium quae leguntur: *τοῦτον μὲν παρήσομεν* uel ipso demonstratiuo cernitur quod est *τοῦτον*, arctissime utramque sententiam conectenti, de qua coniungendi ratione supra[41]) disputatum est. Has uero sententias causales quod Valckenarius dicit „uelut per parenthesin interiectas esse“ (ad Her. VIII. 137, 9) quamquam id facile ei concedere possumus, tamen interpositionis signis eas notandas esse, id quod Bae. uult (p. 81) minime censeo, quoniam interpositioni locus esse certe nullus potest ubi duae sententiae tam arcte cohaerent, ut ex altera altera pendeat, id quod fit in comprehensionibus causalibus. Sed ne id quidem probauerim, quod Bae. et ipse commendat, commate post uoculam *ἀλλά* esse incidendum, quo uerborum complexus mihi uidetur sine necessitudine diuelli. Quare his locis ita esse distinguendum censui, quem ad modum Schaeferus praecepit[42]) et C. Wexio uisum est[43]), nullo post *ἀλλά* commate posito, quam uerborum

---

[40]) Exempla conlegit Sern. II. p. 26. sqq.
[41]) cf. huius dissert. p. 39, β. sqq.
[42]) in Meletemat. critic. p. 75.
[43]) in Sylloga ad Soph. Antigon. II. p. 139.

distinctionem acceperunt etiam Steinius et Kruegerus (ad. Xen. An. III. 1, 24).

I. 191, 26: *ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, — τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας · ἀλλὰ τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὁρτήν, χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον κτἑ.*

II. 116, 3: *δοκέει δέ μοι καὶ Ὅμηρος τὸν λόγον τοῦτον πυθέσθαι · ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιΐην εὐπρεπὴς ἦν τῷ ἑτέρῳ τῷ περ ἐχρήσατο, ἑκὼν μετῆκε αὐτόν.*

IV. 83, 4: *Ἀρτάβανος ἐχρήιζε μηδαμῶς αὐτὸν στρατηίην ἐπὶ Σκύθας ποιέεσθαι, καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην · ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε συμβουλεύων οἱ χρηστά, ὁ μὲν ἐπέπαυτο.*

VI. 130, 6: *ἀλλ' οὐ γὰρ οἷά τε ἐστὶ μιῆς πέρι παρθένου βουλεύοντα πᾶσι κατὰ νόον ποιέειν, τοῖσι μὲν ὑμέων ἀπελαυνομένοισι τοῖδε τοῦ γάμου τάλαντον ἀργυρίου ἑκάστῳ δωρεὴν δίδωμι.*

VI. 135, 11: *ἡ δὲ Πυθίη οὐκ ἔα, φᾶσα οὐ Τιμοῦν εἶναι τὴν αἰτίην τούτων, ἀλλὰ δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾶν μὴ εὖ, φανῆναί οἱ τῶν κακῶν κατηγεμόνα.*

VII. 209, 3: *ἀλλ' αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαίνοντο ποιέειν, μετεπέμψατο Δημάρητον.*

VII. 214, 13: *ἀλλ' Ἐπιάλτης γάρ ἐστι ὁ περιηγησάμενος τὸ ὄρος κατὰ τὴν ἀτραπόν, τοῦτον αἴτιον γράφω.*

VIII. 108, 23: *ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσην . ἐατέον ὦν εἶναι φεύγειν:* De particula *ὦν* excipienti sententiam causalem *γάρ* praemissam uideas quae in superiore huius dissertationis parte disserui p. 37 sqq.

VIII. 109, 18: *ἀλλ' εὖ γὰρ ἔχει ἐς τὸ παρεὸν ἡμῖν, νῦν μὲν ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντας ἡμέων τε αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι, καὶ τῶν οἰκετέων, καί τις οἰκίην τε ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, παντελέως ἀπελάσας τὸν βάρβαρον · ἅμα δὲ τῷ ἔαρι καταπλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίης.* Uerba, quae leguntur *καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω — ἐχέτω*, quippe quae enuntiationem primariam contineant ad *ἀλλά* trahendam, cuius rationem uerbis *εὖ γὰρ ἔχει — οἰκετέων* Herodotus praemiserat, non per uoculam *καί* debuit antecedentibus adiungere, sed sine ulla coniunctione addere superioribus. Neque uero Kruegero assentiri possum praecise dictas putanti particulas *ἀλλὰ γάρ*, ita ut uocula *ἀλλά* referatur tacita quadam oppositione ad antecedentia, quae memorata de Xerxe erant rege („doch davon jetzt nichts“ —.)

IX. 27, 34: *ἀλλ' οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἄρτιοί εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν ὦ Λακεδαιμόνιοι.*

XI. 109, 16: *ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος*, de quo loco Hermannum adeas (ad Uig. p. 810) et Klotzium (p. 23).

b) Deinde uero ut apud Homerum ita apud Herodotum particulae ἀλλὰ γάρ nullo alio uerbo interiecto leguntur iuxta in enuntiationis initio positae, id quod Hermannus dicit[44] „familiaris sermonis proprium esse", ita ut ad unam eandemque sententiam uideantur trahendae esse, quam structuram explicandam uideo summa fecisse negotia qui multi de hac re sunt grammaticis (Herm. ad Uuig. p. 472. Matth. p. 1465). Ha. I. p. 470 sqq. Kl. p. 22. sq. Kratzius, l. l. p. 601. Bae. p. 70. Kueh. II. p. 725. Sern. II. p. 23 sqq.) Ex quibus alii ita accipi uolunt particulas ἀλλὰ γάρ, ut uoculae γάρ primitiuam illam uim ac primigeniam subiciendam esse censeant aduerbialem ac mere affirmatiuam[45]), quorum in numero est Schrautius (p. 54, 55) Kuehnerus, Baeumleinius (p. 70) et ante hos Hartungius. Rectius mihi uidentur de ea re praecepisse, qui in eiusmodi enuntiatis causalem uim particulae γάρ ordinariam retinentes duas quasi structuras dicant in unam coaluisse[46]) aduersatiuam et argumentatiuam, ita ut primum opponatur aliquid praecedentibus per particulam ἀλλά, deinde huius oppositionis ἀλλά incohatae priusquam ipsa finiatur ratio reddatur per particulam γάρ (cf. Uig. p. 472. not. 67. Klotz. p. 23), quod concedit et ipse Hartungius non satis, ut uidetur, in explicanda hac structura sibi constans ipsi. Eodem modo latino sermone constat in occupationibus praecipue usurpari „at enim", ubi Seyfferto uocula „enim" non tam rationem subicere uidetur oppositionis per „at" inlatae, quam indicare tantum modo, hanc oppositionem argumentis posse fulciri (in schol. lat. ². I. p. 137). Itemque nobis licet in eiusmodi enuntiatis particulis uti: „aber ja", „doch ja" (Kl. p. 22. Curtius, gr. gr. schol. § 636. Kueh. § 509, *α*).

Ipsorum uero locorum quibus particulae ἀλλὰ γάρ nullo alio uerbo interiecto sese excipiunt, duplex mihi quidem uidetur ratio posse erui.

α) Nam primum quidem ita instituta oratio est, ut cum particulae ἀλλὰ γάρ enuntiationem incipientes ad unam eandemque sententiam trahendae essent, si grammaticae tantum rationem habemus uerborum structurae, tamen si ad sensum respicimus insequenti enuntiatione appareat eam contineri, quae per uoculam ἀλλά incepta erat sententiam aduersatiuam, eius-

---

[44]) ad Uig. p. 810.

[45]) Item in coniunctis particulis enim uero (at enim) uim asseuerationis particulae „enim" uindicat Schoemannus partt. orr. 196.

[46]) — cf. Kratz. l. l. p. 601: — — „dass die doppelte Partikel ἀλλὰ γάρ den Satz sowohl adversativ als begründend hinstellt, sofern ἀλλά das Vorhergehende aufhebt, oder ihm irgend einen Gegensatz oder Widerspruch verkündet, dessen Berechtigung sofort durch γάρ nachgewiesen wird."

que causam praemissam esse per particulam γάρ, ita ut haec uocula non nisi per „transgressionem“ uideatur[47]) iuxta particulam ἀλλά collocata esse. Ac primum quidem hanc, quam exposui esse sententiarum rationem facillime cernitur, ubi ei enuntiationi, quae sententiam sequitur ἀλλὰ γάρ inlatam addita est particula conclusiua, quae cum sententiam ἀλλά incohatam et ad enuntiationem causalem, quae γάρ praemittitur adtractam denuo tamquam excipiat, enuntiationem primariam inducere uidetur, cuius rationem per particulam γάρ antepositam legimus:

V. 3, 2: εἰ δὲ ὑπ' ἑνὸς ἄρχοιτο ἢ φρονέοι κατὰ τὠυτό, ἄμαχόν τ' ἂν εἴη καὶ πολλῷ κράτιστον πάντων ἐθνέων κατὰ γνώμην τὴν ἐμήν· ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες. Bene Abichtium iniuria hoc loco praecise dictum cum Kruegero putantem ἀλλὰ γάρ reprehendit Sern. (II. p. 25), qui sententia ἀλλὰ γὰρ — ἐγγένηται causam inferri docet enuntiationis subsequentis εἰσὶ γὰρ δὴ κατὰ τ. κτέ., id quod primum intellegitur particula δή, deinde etiam uerbis κατὰ τοῦτο, de quibus supra dictum est. (p. 40.).

VII. 143, 9: ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθόν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους· παρασκευάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβούλευε, ubi nemo negabit, ipsa particula ὦν indicari uerbis παρασκευάζεσθαι — συνεβούλευε primariam contineri enuntiationem, cuius rationem in antecedentibus Herodotus reddidit ἀλλὰ γάρ incohatis.

Deinde uero exstant loci, quibus ea uerba, quae enuntiationem sequuntur ἀλλὰ γάρ inlatam cum et ipsa sententiam contineant aduersatiuam, cuius causam Herodotus praemiserat ab ἀλλὰ γάρ incipiens orationem, tamen non per uoculam conclusiuam uel demonstratiuum antecedentia excipiunt, sed ita sequuntur, tamquam in superioribus non iam per uoculam ἀλλά incohata esset oppositio:

I. 147: Βασιλέας δὲ ἐστήσαντο οἱ μὲν αὐτῶν Λυκίους, οἱ δὲ Καύκωνας. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ ὀνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. Uerbis περιέχονται τοῦ ὀνόματος κτέ. causam praemitti intellegimus eius enuntiationis, quae sequitur per uoculam δέ adiuncta ἔστωσαν δέ κτέ. Hanc uoculam δέ[48]) contra omnium codicum fidem

---

[47]) Krueg. Di. § 69, 14, 4: „So verband man ἀλλὰ γάρ zunächst ohne Pause nach ἀλλά, dann selbst ohne eingeschobenes Wort.“ cf. Matth. p. 1465.

[48]) Haud iniuste Klotzio uidetur δέ denuo oppositionem excipere per ἀλλά antea quasi incohatam (p. 23).

auctore Heroldio[49]) in δή commutauit Steinius, ad illorum locorum, ut mihi quidem uidetur rationem nostrum quoque conformaturus, quibus enuntiationem ἀλλὰ γάρ inlatam per uoculam conclusiuam (δή, ὦν) modo uidimus in sequentibus exceptam. Quod ob id ipsum non probauerim, quia etiam aliis locis post sententiam ἀλλὰ γάρ inlatam sequentia eodem fere modo, quo hic per δέ factum est, subiuncta legimus per οὐδέ, cum aut ἀσυνδέτως ea exspectares addita esse, aut per particulam conclusiuam cum superioribus conexa:

III. 152, 7: καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἶλέ σφεας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη · ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι, οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν ·, quo loco non erat quod Kruegerus particulam γάρ referret ad sententiam quandam cogitatione post ἀλλά addendam (doch es gelang nicht, denn), cum id subsequentibus legatur enarratum uerbis οὐδὲ οἷόςτε ἦν κτέ.

VII. 4: ἀλλὰ γὰρ μετὰ ταῦτά τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν — παρασκευαζόμενον συνήνεικε Δαρεῖον — ἀποθανεῖν, οὐδέ οἱ ἐξεγένετο οὔτε τοὺς ἀπεστεῶτας Αἰγυπτίους οὔτε Ἀθηναίους τιμωρήσασθαι.

Contra uideo iniuria in horum locorum numerum relatum esse a Sernatingero (II. p. 25) quod legimus IX. 50, 6: ἀλλὰ γὰρ τούτων τοιούτων ἐόντων μᾶλλόν σφεας ἐλύπεε · οὔτε γὰρ σιτία εἶχον ἔτι, οἵ τε σφέων ὀπέωνες ἀποπεμφθέντες ἀπεκεκλῄατο — falso legente codice A² nixo: ἀλλά pro eo quod est ἄλλα, quod ab omnibus uideo acceptum esse interpretibus, — idque iure opinor —, cum ἄλλα respondeat ei quod in antecedentibus legimus: συνελέχθησαν περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ ἄλλων, quod uerbis ἄλλα γάρ κτέ. quasi excipitur copiosius explanandum.

β) Alterum genus locorum quibus particulae ἀλλὰ γάρ iuxta in fronte enuntiationis ponuntur id est, ut oppositio per uoculam ἀλλά incepta et a scriptore intenta, cuius γάρ rationem reddat disertis uerbis omnino non expressa sit neque subsequentibus contineatur, sed cogitatione sit supplenda (Matth. p. 1466. Herm. ad Uig. p. 472. Krueg. Di. § 69. 14, 4. Stein. ad VIII. 8). Quam sententiae aduersatiuae praecisionem ut nimis urgent Kruegerus, Abichtius, Fritschius (l. l. p. 14), qui particulas ἀλλὰ γάρ semper contendit praecise dici, ita Hartungius (I. p. 470 sqq.) ubicumque post ἀλλά legitur posita uocula γάρ, uim aduerbialem subicere ei uult nostri „ja“ uel „eben“. At fugit uirum doctum, hac particulae γάρ interpretatione, quam ipse nolim aspernari, nostro quoque sermone

[49]) In emendatt. Herod. Norimbg. 1850. I. p. 13.

reddi protinus, non tolli, quae est interdum in coniunctis particulis *ἀλλὰ γάρ* ellipsin [50]).

Exempla praebet Herodotus haece: II. 120, 24. H. postquam exposuit quod ipse sentit, idque argumentis fulcire studuit: si in Ilio fuisset Helena, reddituros eam Graecis fuisse Troianos, siue uolente Alexandro siue nolente, sic pergit: *ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι, οὐδὲ λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀληθείην ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες*: sed enim non potuerunt Helenam illis reddere, et uera dicentibus fidem non adhibuerant Graeci, quo loco sententia aduersatiua, quam Herodotus instituerat per particulam *ἀλλά* incipiens enuntiationem, non plena facta sed cum sententia causali *γάρ* inlata commixta in unam est, non ita tamen, ut de eo, quid Herodotus cogitationis suppresserit longius sit deliberandum, uel claris uerbis, quippe quae suo iure omiserit, aliquid substituendum.

II. 139, 9: *οὔκων ποιήσειν ταῦτα, ἀλλὰ γάρ οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον, ὁκόσον κεχρῆσθαι ἄρξαντα Αἰγύπτου ἐκχωρήσειν.* Bene Steinius: „der erwartete Schlussatz (*ἤδη ἐκχωρήσειν*) wird durch die weitere Erzählung ersetzt“.

VI. 124, 1: Herodotus crimen amoliens illud ab Alcmaeonidis, quo perhibebantur sublato scuto signum dedisse Persis, quo eos ut classem mouerent Athenas monerent, tyrannorum Atheniensium inimicos semper fuisse ostendit Alcmaeonidas et Athenarum exstitisse liberatores. Deinde per „subiectionem‘„ quam Graeci dicunt „*ὑποφοράν*“, sic pergit: *ἀλλὰ γὰρ ἴσως τι ἐπιμεμφόμενοι Ἀθηναίων τῷ δήμῳ προεδίδοσαν τὴν πατρίδα*, quae particulae *ἀλλὰ γάρ* plane respondent latinis „at enim“, per quas uoculas eodem modo, quo nostro loco per *ἀλλὰ γάρ* apud Latinos infertur „subiectio“.

VII. 158, 11: *τό τε κατ' ὑμέας τάδε ἅπαντα ὑπὸ βαρβάροισι νέμεται· ἀλλὰ εὖ γάρ* [51]) *ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη.*

VIII. 8, 6: *οὗτος ὁ Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας· ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε ὡς τότε.* Steinius: „doch, da (mit Verschweigung der Folge: *οὐκ αὐτομόλησε*)“.

IX. 27, 21: *καὶ ἐν τοῖσι Τρωικοῖσι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα. ἀλλ' οὐ γάρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι.*

IX. 113, 8: *τά περ ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἴπερ ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους καὶ τοὺς Σάκας. ἀλλὰ γὰρ*

---

50) Eeodem denique modo, quo *ἀλλὰ γάρ*, latino sermone persaepe „sed enim“ praecise dici, exemplis ostendit Sernat. II. p. 44.

51) Kueh. II. p. 725; „Oft wird aber zwischen *ἀλλά* und *γάρ* ein Wort, das besonders hervorgehoben werden soll, oder auch mehrere Worte eingeschoben.“

Ξέρξης πυθόμενος ταῦτα ἐκεῖνον πρήσσοντα, πέμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε εκεῖνον.

§ 3. Restat, ut de contractione quadam singulari pauca dicam, quae multis locis obseruatur, quibus sententia causalis per particulam γάρ enuntiationi primariae praemittitur, de quo dicendi usu commemorauerunt grammatici et interpretes Werferus, Acta phill. Mon. I. p. 81. Matth. § 615. Ha. I. p. 467 sq. Kl. p. 237 sq. p.. 252. Rost. p. 471. Kueh. II. p. 854. Zimmermenn. p. 12. Wendt. p. 17. Fritsch. p. 16 γ. Baeh. p. 82 c. Sern. II. p. 1 sqq. Melander p. 54 sqq. Baehr. Stein. ad I. 24.

Ipse paucis, quae sit horum locorum ratio exponam. Praemissam per particulam γάρ sententiam causalem interdum inuenimus etiam firmiore quasi uinculo cum illa enuntiatione, cuius rationem reddit conecti eique sic implicari, ut commode dirimi non possint hae duae enuntiationes. Quod ita factum est, ut cum sententia causalis γάρ inlata post prima uerba eius enuntiatiationis legatur, cuius causam continet, subiectum plerumque quod dicit grammatica huius enuntiationis antecedens, uel aliud membrum sententiae causali adstruatur et „ex attractionis quodam usu, nec Graecis nec Latinis insolito“ [52]) in eum casum transeat, qui uerbo accommodatus est sententiae γάρ inlatae.

Hanc structuram, quam Sernatingerus docet (II. p. 1) Herodoto Thucydideque exceptis apud alios scriptores inueniri nullos [53]) Herodotus ipse uidetur primus adhibuisse et omnino nouasse, utpote ingenio suo maxime accommodatam, ab eoque Thucydidem eam esse mutuatum mihi quidem probatur cum Steinio [54]). Iam ad ipsa exempla huius usus Herodotea accedam.

Ac primum quidem, cum duo sint eorum, qui huc pertinent locorum genera de eis uidebimus, quorum ea est ratio, ut membrum illud antecedens, quod utrique enuntiationi commune est, cum casu obliquo expressum adsumatur ad structuram sententiae γάρ inlatae, post hanc ipsam finitam non significetur, sed ex casu illo obliquo repetendum sit, id quod tum minimam habet difficultatem, cum casus, in quem structura sententiae γάρ praemissae membrum illud antecedens adsumit, accomodatus est etiam uerbo enuntiationis subsequentis eius, ex qua adtractum in illam est, uelut V. 92. β, 6. *ταύτην Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι, ἴσχει Ἠετίων ὁ Ἐχεκράτεος.* ubi „*ταύτην*“ utriusque enuntiationis commune est obiectum.

Iam haece huius dicendi usus exempla Herodotus exhibet: I. 24, 17: *καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι*

---

[52]) Baehrius ad I. 24. cf. Kl. p. 252.

[53]) cf. Krueg. Di. § 60. 4, 2.

[54]) ad I. 24: „Thucydides folgt auch hierin dem stilistischen Einflusse seines Vorgängers.“

τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα. Huius loci „saepissime ab interpretibus uexati" rationem bene demonstrat Melander (p. 55): „Si" inquit" initium ad infinitiuum illum *ἀναχωρῆσαι* conuenienter conformatum esset, scriptum esset: *καὶ τούς, ἐσελθεῖν γὰρ αὐτοῖσι ἡδονήν, ἀναχωρῆσαι.* Quam uerborum rationem et ipse Schw. uidetur perspexisse, quamquam quod post *καί* commate incidendum esse censet, uix credo accidere posse, ut ei quisquam assentiatur. Bene enim Baehrius docet (ad h. l.), si post *καί* incidas, iam aliquid deesse ad *ἀναχωρῆσαι*, quod nude sic positum displiceat, cum nulla incisione facta e datiuo *τοῖσι* adtracto ad uerbum *ἐσελθεῖν* subaudiatur repetendus qui subiecti partes suscipiat illius infinitiui accusatiuus „*τούς*" [55]).

I. 27, 20: *κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ, καί οἱ προςφυέως γὰρ δόξαι λέγειν, πειθόμενον παύσασθαι τῆς ναυπηγίης.* Sic enim construi uolo et interpungi cum Kruegero, Abichtio, Sernatingero, Melandro haec uerba, quae dicta sunt pro: *καὶ τόν, προςφυέως γάρ οἱ δόξαι λέγειν, παύσασθαι,* non commate post uerba *καί οἱ* incidi, id quod Steinius fecit ex uerbo „*πειθόμενον*" suspendens datiuum „*οἱ*" neque parentheseos signis intercludi uerba *προςφυέως — λέγειν* ut Schw. Baehrius, cum interclusioni locus esse nullus possit in his uerbis, neque in ceteris eiusmodi exemplis.

I. 155, 15: *τὰ μὲν γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξαι καὶ ἐγὼ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω· τὰ δὲ νῦν παρεόντα Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων — οὗτος δότω τοι δίκην* — (qui locus supra iam mihi attingendus fuit). Praeterea adeas, qui multus est in explicando hoc loco Sernatingerum (I. p. 66).

II. 101, 1: *τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν, κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, πλὴν ἑνὸς τοῦ ἐσχάτου αὐτῶν Μοίριος· τοῦτον δὲ ἀποδέξασθαι κτέ.*, quae uerba cum dicta mihi uideantur esse pro: *τοὺς δὲ ἄλλους βασιλέας — οὐ γὰρ ἔλεγον αὐτῶν οὐδ. ἔργ. ἀπόδ. — κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος* —, comma delendum est a Schw. Baeh. Abichtio positum. Neque Steinio assensus sim pro „*κατ' οὐδέν*" scribenti contra librorum auctoritatem „*καὶ οὐδέν*".

IV. 149, 7: *τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο ἐκ θεοπροπίου Ἐρινύων τῶν Λαΐου τε καὶ Οἰδιπόδεω ἱρόν.* Bene Schw. huius loci rationem

---

[55]) Quare omnino in eiusmodi locis non incidendum esse puto post membrum illud antecedens, quod cum ad utramque enuntiationem pariter pertineat dirimi incisione non potest ab ea, quacum confusa est et tamquam coaluit sententia per particulam *γάρ* anteposita, sed uno tenore uerba legenda esse, usque dum ad finem perducta est sententia *γάρ* inlata, deinde, sicut ipse feci, distinctione minore interpungendum.

intellexit sic disputans: „est hic" inquit „usitata illa Nostro" *ἀνακολουθία* et *ὑπέρβατον*. Ualet autem *τοῖσι δὲ* — *ἱρόν* idem ac si dixisset *ὅτι δέ* — (uel *ἐπειδὴ δέ*) *τοῖσι ἀνδράσι οὐκ ὑπέμειναν τὰ τ., ἱδρύσαντο ἱρόν*[56]).

IV. 200, 4: *τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους* — pro: *οἱ δὲ, πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος ἐκεί — νων μεταίτιον, οὐκ ἐδ. τ. λ.* — quem locum etiam Kuehnerus attigit II. § 754. not. 4.

VII. 142, 1: *ταῦτά σφι ἠπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ ἦν καὶ ἐδόκεε εἶναι, συγγραψάμενοι ἀπαλλάσσοντο ἐς τὰς Ἀθήνας.*

VIII. 94, 14: *ταῦτα λεγόντων ἀπιστέειν γὰρ τὸν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν, ὡς αὐτοὶ οἷοί τε εἶεν ἀγόμενοι ὅμηροι ἀποθνήσκειν* —.

IX. 109, 7: *τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ* · Datiuum *τῇ* per adtractionem accomodatum esse uerbo sententiae a *γάρ* incipientis: *κακῶς γάρ* — particulae *γάρ* collocatio ipsa docet.

Huc referre liceat cum Steinio, quod legimus IV. 162, 15: *τοῦτο ἐπὶ παντὶ γὰρ τῷ διδομένῳ ἔλεγε, τελευταῖόν οἱ ἐξέπεμψε δῶρον ὁ Εὐέλθων ἄτρακτον χρύσεον καὶ ἠλακάτην* ·, quamquam membrum illud *τοῦτο*, quod uerbo sententiae *γάρ* interpositae adtractum uidemus, ad subsequentem orationis partem referri non potest. Etiam in eo assentior Steinio, quod huius enuntiati initio excidisse putat particulam *καί*, quam si restituerimus, etiam magis huius sententententiae ratio accedet ad ceteras huiusmodi structuras. Contra quod uoculam *ἐπεί* Abichtius post *τοῦτο* inserere uoluit eo ipse non probauerim, quod nusquam apud Herodotum inueni hanc particulam eodem modo secundam enuntiationis sedem obtinentem.

Alterum huius enuntiationum causalium adtractionis genus id est, ut membrum illud, quod utrique commune est enuntiationi, cum casu nominatiuo expressum antecedat sententiam causalem, ad cuius uerbum regens adtractum est ut subiectum, enuntiatione insequenti, cuius causa praemittitur, repetatur per pronominis „*αὐτός*" casum aliquem obliquum. Exemplaria sunt:

I. 114, 10: *εἷς δὴ τούτων τῶν παιδίων συμπαίζων, ἐὼν Ἀρτεμβάρεος παῖς ἀνδρὸς δοκίμου ἐν Μήδοισι οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν.* Praeterea de hoc loco adeas Waardenburgium[57]).

---

[56]) Ceterum uir doctus, cum bene dicat hanc loquendi formam paulo minus offensionis habituram esse, si post *ἀνδράσι* comma deleatur, tamen ne hic quidem delere ipse comma ausus est.

[57]) De natiua simplicitate Herodoti, p. 133 sqq. cf. Hoffmannum, p. 25. VI. 1.

IV. 149, 1: *ὁ δὲ παῖς οὐ γάρ ἔφη οἱ συμπλεύσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν οἱν ἐν λύκοισι*: Nominatiuus *ὁ δὲ παῖς*, cum adtrahatur ad uerbum sententiae causalis, post hanc ipsam repetitur per accusatiuum *αὐτόν*, quo factum est ut illa uerba quae leguntur *ὁ δὲ παῖς* absolute posita esse uideantur[58]) Doederleinius aliam uiam ingressus explicandi ad complendam sententiam ad uerba *ὁ δὲ παῖς* ex enuntiatione *γάρ* inlata (*οὐ γὰρ ἔφη κτέ*) repetere uult uerba „*οὐ συνέπλευσε*“[59]).

Haec sunt quae de antepositis sententiis causalibus Herodoteis dicenda mihi uidebantur esse, in quibus ipsis si cui uideor interdum pressior fuisse breuiorue, de industria me sciat haec illa parcius perscripsisse, cum diutius quam opus erat commorari dubitarem in eis, quae a multis iam antea eisque eruditis uideram quaesita esse et exposita. —

Iam ad alia transeat oratio.

CAPUT IV.

Ac primum quidem uidere de eis locis liceat, quibus particula *δέ* uideatur uicem sustinere particulae *γάρ*. Omnino uoculam *δέ* saepe ita usurpari Klotzius docet (p. 362)[1]), ut alii rei aliam adiciat, ut tamen ubiuis oppositio quaedam declaretur. „Haec autem“ inquit „dicendi ratio Graecis ita usitata erat, ut etiam ibi particulam *δέ* ponerent, ubi aliam quamuis particulam exspectares, qua non simpliciter noua enuntiatio priori opponeretur, sed interna sententiarum coniunctio designaretur apertius. Ita *δέ* autem pro *γάρ* poni olim putarunt“[2]). Quam dicendi rationem iam apud Homerum inueniri Thierschius ostendit (gr. gr. § 317. 9. a.).

Sic uoculam *δέ* legimus adhibitam A, 423: *Ἶσα δέ μιν κεδνῇ ἀλόχῳ τῖεν ἐν μεγάροισι · ‖ εὐνῇ δ᾽ οὔποτ᾽ ἔμικτο, χόλον δ᾽ ἀλέεινε γυναικός* — ad quem locum Eustathius (p. 1427.

---

[58]) De particula *τοιγαρῶν* initio apodoseos excipiente sentientiam causalem antepositam supra iam disserui. cf. hui. diss. p. 39.

[59]) In libro, cui inscribitur: Reden und Aufsätze II. p. 190.

[1]) cf. Herm. ad. Uig. p. 929. — Kueh. II. § 518. 7. § 532. 2. — Schrader, ad Mus. 22. sqq.

[2]) Ha. I. p. 167: Die P. *δέ* knüpft erklärende Zusätze oder Einschiebsel an, wo man eine deutlichere und bestimmtere Verbindung, etwa *γάρ* erwarten sollte. cf. Matth. p. 1467.

u. 62) „φασίν“ „inquit“ *οἱ παλαιοὶ τὸν δέ σύνδεσμον ἐνταῦθα αἰτιολογικῶς κείμενον ἰσοδυναμεῖν τῷ γάρ.*

Praeterea cum his comparaueris *H*, 48. *ξ*, 120, *β*, 265. alia multa. Deinde Aeschyli, qui multus est in hoc usu particulae *δέ* unum liceat locum afferre, qui est Pers. 143 (Kirchhoff):

ἀλλ' ἄγε Πέρσαι τόδ' ἐνεζόμενοι
στέγος ἀρχαῖον
φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον
θώμεσθα χρεία δὲ προσήκει

cuius loci rationem bene intellegens Scholiasta sic disputat: „*ὁ δέ ἀντὶ τοῦ γάρ· ἡ γὰρ χρεία προσῆκον ποιεῖ τὸ βουλεύεσθαι*“. cf. Ag. 600. Cho 246. 256. 690. 697.

Eodem modo etiam apud Herodotum particulam *δέ* adhiberi notauit et exemplis demonstrare studuit Werferus[3]), qui „quippe *δέ*“ inquit „non solum apud poetas Homerum, Pindarum et alios, uerum etiam apud Nostrum pro *γάρ* usurpatum occurrit.“ Sed ad ipsa huius usus exempla priusquam accedam, paucis exponendum mihi uidetur esse, quaenam uera sit eiusmodi locorum ratio putanda, quamque uim in illis particulae *δέ* subesse uelimus.

Iam id uix puto hodie cuiquam comprobari, quod Eustathius ad locum illum Homericum adnotauit, in id genus locis particulam *δέ* uere „*ἰσοδυναμεῖν*“ *τῷ γάρ*, ita ut uoculae *δέ* ipsi uis „*αἰτίολογική*“ quodammodo uindicetur, et quae aduersatiua per se est particula, eadem dicatur temere ratiocinatiua interdum esse posse. Immo sic nobis uidetur de hoc particulae *δέ* usu disputandum esse: interdum inueniri in coniungendis sententiis particulam *δέ* usurpatam ubi, si ad logicam quam dicere liceat sententiarum coniunctionem respicimus, hanc exspectaremus per particulam *γάρ* potius factam esse, i. e. ubi ea nobis uidetur esse enuntiationum particula *δέ* coniunctarum ratio, ut quae uidemus per oppositionem antecedentibus adnexa esse, ea aptius uideantur per ratiocinationem uel explicationem, qualis in *γάρ* particula sita est, prioribus adglutinari. Quamquam quod antiquissimis temporibus particula *δέ* nondum tantam habebat, quantam postea assecuta est oppositionis uim, sed copulandis tantummodo saepe enuntiatis inseruiebat, eo facilius fieri potuit, ut alius particulae ut *γάρ* partes susciperet. Nunc ad ipsa exempla Herodotea liceat transire, quibus uocula *δέ* uicem sustinere uidetur particulae *γάρ* cum causalis, tum explicatiuae.

I. 74, 3: *πόλεμος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι ἐγεγόνεε ἐπ' ἔτεα πέντε, ἐν τοῖσι πολλάκις μὲν οἱ Μῆδοι τοὺς Λυδοὺς*

[3]) In Actt. phill. Mon. I.

ἐνίκησαν, πολλάκις δὲ οἱ Λυδοὶ τοὺς Μήδους, ἐν δὲ καὶ νυκτομαχίην τινὰ ἐποιήσαντο. διαφέρουσι δέ σφι ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομένης συνήνεικε, ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι. Ad h. l. Schw. haecce adnotat: „Quam uero“ inquit, „*νυκτομαχίην*“ „dicit ea ipsa pugna est, de qua mox uberius uerba facit“, quod et ipse persuasum habeo, et etiam Steinio probari laetus uideo, quamquam recte contra monet Herodotum si pugnam illam significaret, de qua narraturus est, inter solis obscurationem factam, non in eorum praeliorum numerum debuisse eam referre, quae per quinque annorum spatium commissa esse dixerat. Quare cum Herodotus putandus sit uerbis *διαφέρουσι δέ κτέ*, uberius explicare uelle et copiosius exponere „*νυκτομαχίην*“ antecedentibus significatam, non tam per particulam *δέ* quam per *γάρ* uoculam exspectaremus hanc explicationem superioribus adnecti. Bene tamen Steinius mihi uidetur hanc uoculam *δέ*, pro qua in priore editione hoc et aliis eiusmodi locis (I. 136, 3. II. 100, 10. VI. 74, 8) in textum substituerat *γάρ*, nunc retinuisse, cum Herodotum hunc dicendi usum non fugisse exemplis ostendi possit sat multis. Haec explicandi ratio, quam etiam Werferus ad h. l. adhiberi uoluit (p. 113). Kruegero non probatur, qui nostro loco et aliis similibus (II. 100, 10) dubitat an melius particula *δέ* in *δή* commutanda sit, cuius quidem dubitationis nec ipse causam intellego nec ansam codices dederunt ullam. Contra Heroldius quod uerba *ἐν δὲ καί — ἐποιήσαντο* deleri uoluit difficultatem uidetur minus explicasse, quam uoluisse euitare.

I. 136, 3: *τῷ δὲ τοὺς πλείστους (παῖδας) ἀποδεικνύντι δῶρα ἐκπέμπει βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος · τὸ πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι.* Uerba *τὸ πολλὸν δέ* — apte sic referri possunt ad antecedentia, ut causam contineant, quare liberorum progignere multitudinem in honore habeant.

II. 100, 10: *ποιησαμένην γάρ μιν οἴκημα περίμηκες ὑπόγαιον καινοῦν τῷ λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανᾶσθαι · καλέσασαν δέ μιν Αἰγυπτίων τοὺς μάλιστα μεταιτίους τοῦ φόνου ᾔδεε.*

III. 44, 1: *ἐπὶ τοῦτον δὴ ὦν Πολυκράτεα εὐτυχέοντα τὰ πάντα ἐστρατεύοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ κτισάντων Σαμίων · πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης παρὰ Καμβύσεα — ἐδεήθη, ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ.* A uerbis quae leguntur *Πολυκράτης δέ κτέ*, longior incipit narratio, qua explicatur, qua de causa Samii Lacedaemonios auxilio uocauerint, ut bellum mouerent contra Polycratem. Quare Bekkerus scribi uoluit *γάρ* pro *δέ*, quod commutare in illud non necesse est.

V. 31, 18: *καὶ ταῦτα εὖ παραινέεις πάντα, πλὴν τῶν νεῶν τοῦ ἀριθμοῦ· ἀντὶ δὲ ἑκατὸν νεῶν διηκόσιαι τοι ἕτοιμοι ἔσονται ἅμα τῷ ἔαρι.* Aptius uerba quae sunt *ἀντὶ δέ κτέ.*, quoniam explicant, quod de nauium numero Artaphrenes dixerat, exspectares per particulam *γάρ* antecedentibus adnecti.

VI. 74, 6: *καὶ δὴ καὶ ἐς Νώνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστεῶτας ἀγινέων ἐξορκοῦν τὸ Στυγὸς ὕδωρ· ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλι λέγεται εἶναι τῶν Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ.*

VII. 9, α: *τῶν ἐπιστάμεθα μὲν τὴν μάχην, ἐπιστάμεθα δὲ τὴν δύναμιν ἐοῦσαν ἀσθενέα· ἔχομεν δὲ αὐτῶν παῖδας καταστρεψάμενοι τούτους [οἳ] Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Δωριέες καλέονται.* Ad quae uerba etiam Steinius: „*ἔχομεν δέ* — «haben wir doch», begründet: *ἐπιστάμεθα — μάχην.*"

Praeterea sic legimus *δέ* adhibitum:

I. 133, 3. 138, 7. 146, 14. 171, 26.
II. 76, 9. 127, 10.
III. 5, 1. 106, 7. 132, 11.
V. 77, 12. VII. 134, 6. c. not. Steinii.

Contra Werferus errauit, quod huc rettulit locos quosdam, quales sunt I. 120, 32: *νῦν δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπνίου ἐς φαῦλον, αὐτοί τε θαρσέομεν καὶ σοὶ ἕτερα τοιαῦτα παρακελευόμεθα· τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπόπεμψαι ἐς Πέρσας* — quo loco uerba *τὸν δὲ παῖδα κτέ.*, falso putat explicationem continere uerborum quae sunt in antecedentibus *ἕτερα τοιαῦτα* ob eamque causam per particulam *γάρ* debuisse inferri, cum uerba *ἕτερα τοιαῦτα* significent quod uerbo *θαρσέειν* erat expressum, qua in re numerus pluralis, qui idem legitur I. 191, 12. III. 79, 10. VII. 206, 8. non magis offendere nos debet, quam quem inuenimus: *οὐδέτερα τούτων* V. 39, 12. 82, 8. VII. 103, 24. IX. 111, 20. *μηδέτερα τούτων* IX. 98, 5. *ὁκότερα* VI. 86, α, 2. quem pluralem numerum Herodoto usitatum esse in uerbo *ποιέειν* Steinius docet ad V. 1, 10. 39, 12.

CAPUT V.

Ut hic illic uidimus apud Herodotum sententiam eam per particulam *δέ* antecedentibus adnexam, quam exspectares per uoculam *γάρ* potius ad superiora accedere, ita interdum omnino abest particula *γάρ* in enuntiatione quae melius, nostro quidem

iudicio et distinctius per uoculam *γάρ* ad antecedentia erat referenda. Saepius enim *ἀσυνδέτως* continuantur duae enuntiationes, quarum ea est ratio, ut quae priore enarrata erant, eorum posterior explicationem contineat et expositionem copiosiorem, quam scimus inferri soleri per particulam *γάρ* explicatiuam. Hoc uero asyndeton, quo antecedentia enuntiatio insequens excipit copiosius explicanda exponendaue, non adhibita quam positam exspectaueris particula *γάρ*, tantum abest ut Herodoti proprium sit, ut per omnem Graecitatem usitatissimum sit et peruulgatum, id quod exemplis inlustrauit permultis qui hac de re disputat Kuehnerus II. § 546. 5. *δ*. p. 864.

Ac primum quidem apud Herodotum legimus eiusmodi asyndeton II. 115, 13. in eis, quae Proteus Alexandro uentis Aegyptum delato de scelesta illius perfidia obicit: „*ἐγώ*" inquit, „*εἰ μὴ περὶ πολλοῦ ἡγεύμην μηδένα ξείνων κτείνειν — ἐγὼ ἄν σε ὑπὲρ τοῦ Ἕλληνος ἐτισάμην, ὅς, ὦ κάκιστε ἀνδρῶν, ξεινίων τυχὼν ἔργον ἀνοσιώτατον ἐργάσαο · παρὰ τοῦ σεωυτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες κτέ.* Uerbis *παρὰ τοῦ σεωυτοῦ ξ. κτέ.* explicationem eius contineri, quod in antecedentibus Proteus dixerat: *ἔργον ἀνοσιώτατον ἐργάσαο*, ut quiuis concedet, ita quod abest particula *γάρ* neminem effugiet, multo maius pondus habere illa uerba, quae *ἀσυνδέτως* legimus superioribus adnexa, quam si per particulam *γάρ* ad antecedentia referrentur.

Atque sic plerumque omne asyndeti genus usurpari constat, ut si quis permoto animo loquitur et plus ponderis addere studet eis quae facit uerbis, nullo adhibito uinculo externo complura enuntiata continuet, quo grauius pro se quodque enuntiatum et expressius ab audientibus percipiatur[1]), quod rhetoricum dicendi genus Nostratium linguae non minus solitum esse scimus, quam Latinorum. Ceterum si haec uerba, quae excipiunt explicandum quod in priore enuntiatione dictum erat *ἔργον ἀνυσιώτατον* in simplici potius narratione legerentur, non in allocutione et perturbata quadam inuectione, eodem iure exspectari potuit particula *γάρ*, quo ab ipso Herodoto posita legitur simillimis locis:

II. 114, 3: *ἥκει ξεῖνος γένος μὲν Τευκρός, ἔργον δὲ ἀνόσιον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐξεργασμένος · ξείνου γὰρ τοῦ ἑωυτοῦ ἐξαπατήσας τὴν γυναῖκα — ἥκει.*

VIII. 105, 4: *Πανιώνιος — ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ'*

[1]) Unum liceat afferre exemplum Thucydideum VIII. 77: *καὶ ἐκ τῶν παρόντων ὦ Ἀθηναῖοι καὶ σύμμαχοι ἐλπίδα χρὴ ἔχειν · ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν*, ad quae uerba bene Poppo adnotat u. d. asyndeton explicari efficique perturbata eius, qui uerba facit animi condicione.

ἔργων ἀνοσιωτάτων · ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας — ἐπώλεε ἐς Σάρδις.

IX. 37, 8: *ὁ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, — ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου · ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ — αὐτίκα ἐμηχανᾶτο ἀνδρηϊότατον ἔργον · σταθμησάμενος γάρ κτέ.* — quibus locis omnibus particula *γάρ*, ut solet, explicanda excipit uerba, quae in antecedentibus primaria sunt: *ἔργον ἀνοσιώσατον, ἀνόσιον, μέζον λόγου, ἀνδρηϊότατον.*

Reliquorum locorum, quibus ab ea enuntiatione, quae explicationem quandam continet superioris sententiae abest particula *γάρ*, omnino obseruaui eam esse rationem, ut cum bimembris sit explicatio, et priori comprehensionis membro per particulam *μέν* inlato alterum opponatur per uoculam *δέ* (siue in eadem statim enuntiatione hoc alterum legitur, siue interiectis sequitur aliis enuntiatis) in priore illo membro post *μέν* desideretur uocula, quam exspectaueras, *γάρ* explicatiua. Loci sunt hice:

I. 185, 5: *τοῦτο δὲ (Νίτωκρις) — προεφυλάξατο ὅσα ἐδύνατο μάλιστα · πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμόν — — — οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιόν, ὥστε* —, ubi post *μέν* exspectas particulam *γάρ* positam. Uoculae *μέν* respondet quae u. 17. legitur particula *δέ*. Cf. ad. h. l. quae Krueg. disputauit in Di. § 59. 1, 12.

III. 80, 1: *ἐπείτε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος — ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τ. Μ. — καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Ὀτάνης μὲν ἐκέλευε* — quo loco etiam Krueg. desiderat particulam *γάρ*.

III. 108, 4: *καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστι, ἐοῦσα σοφή, ὅσα μὲν ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκε, ἵνα μὴ ἐπιλίπῃ κατεσθιόμενα, ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρά, ὀλιγόγονα · τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λάγος ὑπὸ παντὸς θηρεύεται — οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι* — u. 13 *ἡ δὲ λέαινα* —. Quo loco Kruegero non assensus sim, qui suspicatur post *τοῦτο μέν* potius particulam illam *γάρ* inserendam esse, quam etiam post *ὅσα μέν* bene Steinius circumscripsit, cum inserendae cuiusdam particulae nullus liber ansam det. Iam in ipsius huius libri cap. 127, 16 legimus *ἀσυνδέτως* explicationem praecedentibus adiunctam: *ὃς ὠφέλησε μέν κω Πέρσας οὐδέν, κακὰ δὲ μεγάλα ἔοργε · τοῦτο μὲν δύο ἡμέων ἠΐστωσε κτέ.*

V. 98, 11: *νῦν γὰρ Ἰωνίη πᾶσα ἀπέστηκε ἀπὸ βασιλέος καὶ ὑμῖν παρέχει σώζεσθαι ἐπὶ τὴν ὑμετέρην αὐτῶν · μέχρι μὲν θαλάσσης αὐτοῖσι ὑμῖν, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἡμῖν ἤδη μελήσει* — quibus uerbis *μέχρι μέν κτέ.* Steinius bene uidit explicationem contineri antecedentium. Kruegerus comma cum Bekkero re-

cepit post *αὐτῶν* una sententia haec uerba continuans, ita ut uerba *αὐτοῖσι ὑμῖν* coniungat cum eis quae leguntur: *παρέχει σώζεσθαι*, quo commate posito asyndeton tolli dicit „uix tolerandum", id quod concedi uiro docto poterat, nisi multis aliis locis Herodoteis idem haberemus uel simillime asyndeton, sed hoc tantum exstaret loco.

Porro legimus VII. 6, 4: *συνέλαβε γὰρ καὶ ἄλλα οἱ σύμμαχα γενόμενα ἐς τὸ πείθεσθαι Ξέρξεα · τοῦτο μὲν ἀπὸ τῆς Θεσσαλίης παρὰ τῶν Ἀλευαδέων ἀπιγμένοι ἄγγελοι ἐπεκαλέοντο βασιλέα.* Recte etiam Krueg. hoc loco Atticum quendam scriptorem putat adhibiturum fuisse quam missam H. fecit particulam *γάρ*. Quamquam apud Nostrum et ipsum saepe inuenimus eiusmodi explicationem bimembrem inlatam per *τοῦτο μέν — τοῦτο δέ* antecedentibus adiunctam esse ut fieri solet per particulam *γάρ*, ita ut legatur *τοῦτο μὲν γάρ — τοῦτο δέ*, cuius explicationis distributiuae exempla conlegi haece:

II. 135, 19: *φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυκράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι · τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη — οὕτω δή τι κλεινὴ εγίνετο, ὡς — τοῦτο δέ —.*

III. 72, 11: *ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστεώσας ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν · τοῦτο μὲν γὰρ ἡμέων ἐόντων τοίων οὐδείς ὅςτις οὐ παρήσει · τοῦτο δὲ ἔχω αὐτὸς σκῆψιν.*

Praeterea IV. 76. • III. 106, 3. 115, 8. V. 28, 4. VI. 125, 4. VII. 50, 26. 156, 6. 214, 6. VIII. 102, 6.

Praeterea abest particula *γάρ*, ubi exspectares positam in fronte enuntiationis explicatiuae per particulas *μὲν — δέ* disiunctae: VII. 8, *β*. 9: *οἵ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες · πρῶτα μὲν ἐς Σάρδις ελθόντες — ἐνέπρησαν τά τε ἄλσεα καὶ τὰ ἱρά · — δεύτερα δέ*[2]). —

VIII. 25, 7. 34, 3.

Exstant denique nonnulli loci, quibus eodem fere modo, quo eis, quos iam attuli factum est, duo enuntiata nullo grammatico uinculo externo continuantur, quorum cum ea ratio sit, ut quae altero significata sunt enuntiato altero diligentius explanentur, in posteriore desideras, qua ad prius enuntiatum commodius referretur, particulam *γάρ*.

III. 98, 13: *οὗτοι μὲν δὴ Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτα φλοΐνην · ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι* — quo

---

[2]) Similiter explicatio antecedentium bimembris infertur per:
πρῶτα μὲν γάρ — μετὰ δέ, I. 214, 16:
πρῶτον μὲν γάρ — μετὰ δέ: V. 17, 8.
πρῶτον μὲν γάρ — nullo sequente quod exspectandum erat *δεύτερα δέ* IV. 199, 3.

loco recte ante *ἐπεάν* relatiuum „*ἤν*" omisit Steinius, quod in libris exstat C P d z et a Schweighaeusero seruatum est, cum simili modo legamus *ἀσυνδέτως* iuxta posita enuntiata IV. 67, 8: *φιλύρης δ' ὦν φλοιῷ μαντεύονται · ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ, διαπλέκων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ καὶ διαλύων χρᾷ.*

IV. 172, 9: *γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μῖξιν ποιεῦνται τρόπῳ παραπλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται · ἐπεὰν σκίπωνα προστήσωνται, μίσγονται* — quibus locis minus offensionis haberet asyndeton, si in enuntiatione antecedenti per aduerbium quoddam, uel pronomen demonstratiuum expressius significata esset, quae insequitur copiosior expositio, sicut saepissime apud Herodotum uidemus demonstratiuum superioris sententiae ut „*ὧδε*" uel „*τοιόςδε*" etc. excipi statim explicandum per conjunctionem *ἐπεάν* in fronte enuntiationis insequentis positam[3]). Uelut initio eiusdem capitis legimus: *μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοὶ οἳ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι πολλῇσι ὧδε · ἐπεὰν φακέλους — ἐνείκωνται* — uel II. 87, 2: *τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν δὲ πολυτελείην φεύγοντας σκευάζουσι ὧδε · ἐπεὰν τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται.* —

Haud scio an hic liceat reliqua quae in Herodoto obseruaui asyndeticae structurae genera paucis attingere.

Ac primum quidem abest persaepe coniunctio, si in descriptionibus oppidi nomen uel personae Herodotus in mediam orationem interserit, quod plerumque fit per uerba: *οὔνομά οἱ ἦν* — uel similia quaedam (cf. Krueg. ad. Arrian. I. 2, 2).

I. 71, 8: *οὔνομά οἱ ἦν Σάνδανις.*
179, 16: *Ἶς οὔνομα αὐτῇ.*
205, 3: *Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα.*
II. 29, 12: *Ταχομψὼ οὔνομα αὐτῇ ἐστι.*
VIII. 32, 6: *Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ*, cum aliis locis addita sit particula *δέ*:
V. 92, β, 5: *οὔνομα δέ οἱ ἦν Λάβδα.*

Deinde desideratur, quae exspectari potuit non tam ratione adversatiua ad antecedentia referens enuntiationem, quam copulatiua quadam potestate particula *δέ* (cf. Kueh. II. § 546. 4. § 532).

VII. 238: *ταῦτα εἴπας Ξέρξης — Λεωνίδεω — ἐκέλευσε ἀποταμόντας τὴν κεφαλὴν ἀνασταυρῶσαι · δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν*

---

[3]) Huius usus Herodotei exempla indagaui haece. Explicandum demonstratiuum excipit particula *ἐπεάν*: I. 194, 5. II. 70, 3. 87, 4. 92, 6. III. 98, 14. 108, 16. 110, 2. IV. 62, 17. 64, 1. 67, 2. 73, 10. 75, 2. 172, 11. 188, 2.
ὅκως: I. 17, 3. 196, 6. III. 148, 3. IV. 130, 5. VIII. 105, 6. 128, 8.
εὖτε: IV. 78, 15. cf. Wendt. p. 20.

καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἐν δὲ καὶ τῷδε οὐκ ἥκιστα γέγονε, ὅτι βασιλ. Ξ. πάντων δὴ μάλιστα ἀνδρῶν ἐθυμώθη ζῶντι Λεωνίδῃ · Uerba *δῆλά μοι* per particulam *δέ* potius adiuncta superioribus exspectares, uel aliam particulam, id quod censet et Steinius et Kruegerus, cui „durissimum" uidetur huius loci asyndeton.

VII. 10. γ: *ἐγὼ δὲ οὐδεμιῇ σοφίῃ οἰκηίῃ αὐτὸς ταῦτα συμβάλλομαι, ἀλλ' οἷόν κοτε ἡμέας ὀλίγου ἐδέησε καταλαβεῖν πάθος, ὅτε πατὴρ σὸς ζεύξας Βόσπορον — διέβη ἐπὶ Σκύθας · τότε παντοῖοι ἐγένοντο Σκύθαι κτέ.*, et qui ad hunc locum proxime accedit IX. 26, 5: *ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος — ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπείτε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο — κατιόντες ἐς Πελοπόννησον · τότε εὑρόμεθα τοῦτο διὰ πρῆγμα τοιόνδε* · — ubi et Steinius et Kruegerus notandum censuit asyndeton, de quo disputauit Kueh. II. § 546. 5, γ.[4])

Alterum genus asyndetorum, quae in Herodoto inueniuntur illud est, quo sententia nullo uinculo coniuncta legitur cum antecedentibus uerbis, quo ipsa plus ponderis habeat et illud praecipue uerbum, quod in fronte huiusmodi enuntiationis ponitur, prae ceteris efferatur utpote alteri oppositum, cuius structurae[5]) pauca exempla attulisse satis erit.

I. 20, 1: Herodotus postquam enarrauit, aegrotanti Alyatti et per nuntios Delphicum deum de ualetudine consulenti negasse Pythiam se responsuram esse priusquam templum restituisset Assesi Milesiorum crematum, sic pergit: *Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι · Μιλήσιοι δὲ τάδε προστιθεῖσι τούτοισι*, — ubi bene Steinius notat uerba *Δελφῶν — γενέσθαι* „*ἀσυνδέτως*" orationi inserta esse, quo grauius opponeretur ei quod est „*Μιλήσιοι*" uerbum „*Δελφῶν*".

I. 175, 2: *τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι — ἡ ἱρείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει · τρίς σφι τοῦτο ἐγένετο.*

VI. 3, 5: *ὁ δὲ* (*Ἱστιαῖος*) *ἔλεγέ σφι ὡς βασιλεὺς Δαρεῖος ἐβουλεύσατο Φοίνικας μὲν ἐξαναστήσας ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἴωνας δὲ ἐν τῇ Φοινίκῃ, καὶ τούτων εἵνεκα ἐπιστείλειε · οὐδέν τι πάντως ταῦτα βασιλέος βουλευσαμένου ἐδειμάτου τοὺς Ἴωνας.*

Plura exempla inueniet, qui inspiciet quae ad I. 20, 1. VI. 11, 8. Steinius adnotauit.

Restat ut asyndeti mentionem faciam eius, quod inter-

---

[4]) „Sehr häufig ist das Asyndeton bei einem Demonstrativum, das auf einen vorhergehenden Begriff zurückweist, wo keine Folgerung, sondern bloss eine Fortsetzung der Rede ausgedrückt wird, also *δέ* stehen könnte."

[5]) de qua Steinius disputauit in eis, quae ad I. 20, 1. adnotauit.

dum legitur post demonstratiua *οὕτω δή τι*[6]), ita ut „quam ad complendam sententiam exspectasses respondentem praecedenti particulae *οὕτω* alteram uoculam „*ὡς*“ uel „*ὥστε*“, haec altera omittatur et *ἀσυνδέτως* accedat ad praecedentia sententia consecutiua. Exempla sunt:

III. 12, 5: *αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι ἀσθενέες οὕτω ὥςτε, εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλεῖν, διατετρανέεις, αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων οὕτω δή τι ἰσχυραί, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξειας*: quo loco paulo antea plena structura adhibita est per particulam *ὥστε*, quae etiam Herodoto usitatior est[7]).

III. 108, 8: *τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγὸς ὑπὸ παντός θηρεύεται θηρίου καὶ ὄρνιθος καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολύγονόν ἐστι· ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων θηρίων* — lepus ita fecundus est, ut leporis femina una sit ex omnibus animalibus, quae superfetet.

Postremo notandum est, saepissime etiam apud Nostrum post demonstratiua *οὕτω* (*ὧδε*) *δή τι* et alia loco particulae *ὡς* uel *ὥστε* ad pronomen uel aduerbium demonstratiuum praecedens referendae, usurpari pronomen relativum, qua de re notat Schw. in lex. Her. p. 277. Matth. § 479. a. Not. 1. St. ad III. 120, 14. uelut I. 87, 18: *οὐδεὶς γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται*. Praeterea: I. 32, 8. 202, 8. II. 135, 13. III. 120, 14. IV. 28, 2. 52, 8. 79, 12. 95, 15. 166, 5. VI. 125, 10. VII. 11, 2. 102, 3. VIII. 144, 8.

CAPUT VI.

Nec plane silentio transeundi mihi uidentur esse ei loci, quibus particula *γάρ* cum aliis particulis coniuncta legitur. Qua de re dubitari potest, num omnino pretii sit copiosius disputare, cum bene Klotzius moneat (ad Deu. p. 257) particulam *γάρ* si quando alias adiunctas habeat particulas, ipsam aliam non accipere uim ac potestatem, sed primam et natiuam

[6]) Quae uerba sic coniungi Krueg. dicit minime Attici sermonis esse ad Arrian. I. 6, 8.

[7]) Plena facta est sententia apud Herodotum per particulam *ὡς* (*ὥςτε*): I. 163, 10. *τούτῳ δὴ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς — ἐκέλευε.*

I. 185, 10; *τοῦτον — — οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων τ. ε. τ. Α. ἀπικνέεται ῥέων.*

II. 71, 6. II. 135, 20: *τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη — οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον.*

huius particulae γάρ significationem in omnibus eiusmodi locis facile intellegi posse, neque esse commutatam[1]). Tamen quia persaepe est ea particularum coniunctio, ut argumentationem uel explicationem, quae sita est in particula γάρ, suo quasi pondere firment atque augeant illae, quas adiunctas habet γάρ uoculae, neque harum significatio commode separari posse uideatur a particula γάρ, paucis liceat eiusmodi coniunctas particulas inlustrare, qua in re singularum particularum, quae propria sit ac natiua notio exposuisse paucis usui erit.

§ 1. Ac primum quidem particula γάρ persaepe adiunctam sibi habet particulam δή, cuius notionem ac uim primariam esse temporalem (schon), demonstratiuam et affirmatiuam, secundariam constat inter eos, quos consului grammaticos Kl. p. 259. Kueh. II. p. 677. Curt. gr. gr. § 642, 14[2]). Etym. fundam. p. 560, ita ut hac particula significetur euidens esse, manifestum, ante oculos positum, quod legitur narratum, ad quodque accedit haec uocula. Quam significationem si tenebimus, non diutius quaerendum nobis erit, quid coniunctis particulis γὰρ δή efficiatur, de quibus dixit Ha. I. p. 287. Kl. p. 259. sqq. Kueh. II. § 683. 6. Bae. p. 100. b. Etenim particulae γὰρ δή „non solum rem aliquam, uti res comparatae sint, profecto ita se habere significant, uerum etiam hoc dicunt, tam certam rem atque exploratam esse, ut de ea quidem re amplius experiendum aut exspectandum non sit, sed iam plane constet"[3]). Quare recte has particulas latino sermone reddideris per „iam enim" uel „profecto enim" cum Klotzio, uel cum Hermanno per uoculam „utique"

Id unum dubitatur, utrum particula δή interdum ad eam potius uocem trahenda sit, a qua interposita particula γάρ ipsa separata est, quam ad ipsam particulam γάρ uel ad totius enuntiationis sententiam, — id quod Hartungio uidetur[4]) — an semper eodem modo, quo exposuimus coniunctae particulae γὰρ δή usurpari putandae sint — id quod Klotzius uult. Cui ipse adeo assensus sim, ut particula δή totam sententiam

---

[1]) cf. Fritzsch. l. l. p. 16.

[2]) „δή weist auf das augenfällige einer einzelnen Vorstellung oder eines ganzen Satzes hin." cf. Matth. § 603. p. 1424. qui in margine grammaticae praeter quod de uocula δή copiose in textu exposuit, uerba adscripsit haece: „Es bestimmt, setzt fest in Bezug auf Zeit, Ort, Umstände." Est enim mihi in manibus exemplar uiri doctissimi „manuale" huius grammaticae, cuius et in margine et in calce magnam adnotationum nubem sua ipse manu adscripsit senex uenerabilis.

[3]) Klotzii sunt uerba. — De coniunctis particulis γὰρ δή Herodoteis eodam sensu, quo ego dixit Hoffmannus p. 34, qui etiam de particulae δή usu Herodoteo copiose exposuit p. 27—41.

[4]) I. p. 287.

affirmari *γάρ* inlatam persuasum habeam, non ad singulam uocem *δή* esse referendum. Etenim quamquam notum est, uoculam *δή* persaepe ita adhiberi, ut trahenda sit ad singulas uoces, quam uim efferat (cf. Curt. gr. gr. § 642. a). et demonstratiuis praecipue ac superlatiuis sic addi (Matth. § 603), tamen ubi cum particula *γάρ* coniuncta legitur, cum hac ipsa ad omnem semper enuntiationem pertinere mihi quidem uidetur.

Namque apud ipsum Herodotum quod legimus I. 32, 50: *πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς προῤῥίζους ἀνέτρεψε* — particula *δή* non tam ad uerbum pertinet quod est *πολλοῖσι*, quam una cum uocula *γάρ* ad totam uerborum comprehensionem referenda est. Uel I. 140, 6: *ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι* — particula *δή* non magis uerbum *ἐμφανέως* effertur, quam tota explicatio quae in *γάρ* sita est et propterea tantummodo uim habet aliquam, quia primum enuntiationis locum obtinet. Eadem est aliorum ratio locorum, quibus *γὰρ δή* coniuncta leguntur, ita ut uerbum illud praecedens, a quo particula *δή* separata est interiecta uocula *γάρ*, si forte maiorem quandam uim reliquis habet, non tam particula *δή* efferatur, quam eo ipso, quod primo enuntiationis loco positum est cf. II. 96, 21. 76, 7. 104, 20. III. 15, 19. IV. 10, 2. etc.

Iam ipsa exempla enumeranda sunt Herodotea, quibus particulas *γὰρ δή* iuxta positas uidemus, ex quibus hoc uel illud satis habebo uerbis inlustrare.

I. 34, 5: *ἦσαν δὲ τῷ Κροίσῳ δύο παῖδες, τῶν οὔτερος μὲν διέφθαρτο, ἦν γὰρ δὴ κωφός*: „erat enim sane mutus", quae uerba Hartungius uertit, „er war nämlich eben stumm" (Kueh. II. p. 680: denn — bekanntlich); quo in loco particulis *γὰρ δή* explicationem afferri uidemus eorum, quae modo dixerat Herodotus: *τῶν οὔτερος μὲν διέφθαρτο* — ita quidem, ut certam esse et manifestam hanc rem accipiamus, quae narratur: puerum illum fuisse mutum. De quibus uerbis non modo subtilius uidetur disputasse Klotzius etiam hic usurpans temporalem particulae *δή* notionem uerbi „iam", sed omnino non satis sensum perspexisse, uerbum *διέφθαρτο* (quod est pro „corporis uitio laborabat", uel „mutilatus erat") sumens, ut uidetur, pro: perierat, mortuus erat."

I. 97, 11: *οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι δυνατοί εἶμεν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα.* Particula *δή* qui loquitur id tam certo affirmat, quod ponit „non iam possibile ipsis fore terram illam diutius incolere", ut ipso facto iam probatum esse significet, neque amplius experiendum esse, possintne re uera illo more utentes diutius in terra manere, necne. Praeterea particulae *γὰρ δή* coniunctae leguntur locis hisce:

I. 13, 2. 14, 14. 18, 13. 22, 5. 32, 50. 34, 7. 38, 9. 48, 8. 55, 3. 57, 14. 74, 2. 75, 12. 91, 23. 93, 12. 97, 11. 114, 12. 129, 14. 132, 10. 16. 134, 18. 135, 2. 137, 11. 140, 6. 152, 2. 166, 3. 182, 5. 193, 14. 33. 194, 23. 196, 17. 197, 3.

II. 13, 20. 14, 9. 16, 7. 9. 17, 11. 18, 4. 22, 3. 41, 28. 42, 3. 49, 3. 13. 52, 10. 59, 4. 60, 2. 61, 3. 68, 6. 73, 3. 76, 6. 96, 21. 98, 7. 104, 20. 107. 9. 120, 5. 125, 9. 126, 4. 132, 10. 147, 17. 149, 19. 150, 6. 164, 7. 173, 15.

III. 10, 12. 13, 16. 16, 7. 34, 13. 53, 5. 65, 19. 68, 20. 69, 5. 14. 22. 70, 10. 72, 5. 78, 16. 81, 14. 99, 11. 118, 5, 137. 20. 143, 12. 156, 14.

IV. 10, 2. 11, 10. 16, 3. 30, 2. 49, 16. 50, 5. 15. 62, 9. 75, 7. 89, 6. 108, 7. 154, 12. 157, 10. 167, 14. 184, 18. 187, 5. 191, 9. 192, 4. 198, 3. 8. 205, 2.

V. 21, 3. 29, 3. 38, 9. 45, 7. 51, 5. 69, 6. 75, 12, 87, 18. 82, α, 7. 99, 4.

VI. 23, 12. 32, 4. 45, 6. 46, 5. 76, 4. 77, 7. 86, α, 15. 87, 7. 91, 7. 96, 3. 99, 5. 109, 13.

VII. 8, γ, 7. 9, β, 7. 15, 8. 16, γ. 3. 8. 14. 40, 17. 50, 4. 70, 3. 131, 2. 182, 5. 191, 5. 236, 6. 237, 5.

VIII. 3, 10. 13, 5. 25, 8. 37, 13. 66, 16. 76, 15. 82, 9. 119, 3.

IX. 7, 2. 17, 5. 33, 4. 34, 3. 37, 11. 55, 3. 73, 4. 90, 3. 93, 8. 98, 21. 101, 3. 122, 10.

Uix illud monendum, si particulas *γάρ δή* praecedit uocula *οὐ*, ita ut legatur „*οὐ γὰρ δή*“ initio enuntiationis, eodem modo, quo exposuimus, *τὸ δή* negatiuam argumentationem uel explicationem suo pondere firmare (cf. Hoogeu. p. 466. XIV).

II. 13, 20: *οὐ γὰρ δή σφι ἐστὶ ὕδατος οὐδεμία ἄλλη ἀποστροφὴ ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διός μοῦνον.*

Sic *οὐ γὰρ δή* legimus: I. 74, 2. 75, 12. 97, 11. 114, 12. (ad qu. l. uideas, quae Kl. disputauit p. 529). 137, 11. 197, 3.

II. 16, 9. 49, 13. 120, 5. 126, 4.

III. 10, 12. 143, 12. 156, 14.

IV. 75, 7. 157, 10. 192, 4.

VI. 45, 6. 99, 5.

VII. 8, γ. 7. 16, γ. 8. 40, 17. 237, 5.

Uno loco particulas *γάρ δή* praecedit etiam particula *ἦ*, cuius primitiuam potestatem esse rem tamquam ueram ac certam affirmandi cum sciamus (cf. Hoogeu. p. 253. Matth. § 604, Bae. p. 119) etiam magis efferri apparebit coniunctis particulis *ἦ γὰρ δή* enuntiationem *γάρ* inlatam quasi omni dubitatione liberam certissimamque: II. 14, 9: *ἦ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται ἐκ γῆς.*

Hic pauca dicenda sunt de coniunctis particulis *ἐπειδὴ γάρ*. Coniunctionem *ἐπειδή* duplicem consequentiam indican-

tem, alteram temporis, alteram rationis (cf. Kueh. II. § 501) Curtius docet uir doctissimus esse uoculam ἐπεί, cui ad ipsius uim ac postestatem augendam addita sit particula δή (gr. gr. schol. § 635. b.). Huic ἐπεί, de cuius originatione optime Curtius exposuit (Etym. fund. 366. cf. gr. gr. explann [3]. p. 193. c. not.) mihi quidem uidetur particula δή ita initio addita esse, ut non necessario cum ipsa uocula ἐπεί coniungeretur, sed per se poneretur post ἐπεί, a quo etiam separari poterat interiecto alio uerbo (id quod factum uidemus in coniunctis particulis ἐπεὶ γὰρ δή per particulam γάρ), deinde uero paulatim cum ipsa uocula ἐπεί in unam concresceret ἐπειδή[5]). Quare nihil omnino interesse uidetur inter eos locos, quibus legimus: *ἐπεὶ γὰρ δή* · ut VIII. 37,13: *ἐπεὶ γὰρ δὴ ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρόν*, cf. IX. 90, 3, et illos, quibus conflatae in unam uocem sunt ἐπειδή particulae ἐπεί et δή: *ἐπειδὴ γάρ*: VIII. 87, 4: *ἐπειδὴ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλέος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο.* III. 142, 4. VI. 122, 8. VIII. 110, 2. IX. 7, 31. — Nam utroque loco particula δή ad stabiliendam notionem temporalem, quae est in uocula ἐπεί huic ipsi addita potius est, quam ad efferendam quae sita est in uocula γάρ explicatiuam.

Simili modo legitur ἐπείτε γὰρ δή: I. 48,8. 53,3.

Postremo quae saepius coniuncta leguntur uerba *δῆλα γὰρ δὴ ὅτι*, ea tamquam per formulam sic dici mihi uidentur, sicut Attica prosa oratio uerbis utitur δῆλον ὅτι, quae notum est interdum etiam nullo insequente uerbo, quod aptaretur a particula ὅτι, tamquam aduerbialiter mediae orationi interponi. (Matth. § 624. a. Kueh. p. 886. A. 1. Curt. § 633. n. 1.)

Quae uerba δῆλα γὰρ δή ita sunt accipienda, ut uocula γάρ, qua enuntiatio infertur argumentalis, interponi dicenda sit inter δῆλα et δή, cum non adhibita particula γάρ iuxta ponerentur δῆλα δή. Etiam in unam uocem conflata saepe leguntur δηλαδή pro latino „nempe“ uel „scilicet“, et sicut hoc ipsum „κατ᾿ εἰρωνείαν“ uel „κατ᾿ ἀντίφρασιν“ (Kueh. II. § 500. 3.) plerumque, quemadmodum apud Herodotum ipsum adhibitas inuenimus has uoces: IV. 135, 8: *οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀσθενείης μὲν εἵνεκεν κατελείποντο, προφάσιος δὲ τῆσδε δηλαδή· αὐτὸς μὲν σὺν τῷ καθαρῷ τοῦ στρατοῦ ἐπιθήσεσθαι μέλλοι*[6]) *τοῖσι Σκύθῃσι* — sed species nempe praetendebatur. Eodem modo

---

[5]) Simile quid accidisse uidemus in coniunctis particulis *καὶ γάρ τοι*, quas dici censet pro καί τοι γάρ Kratzius, Ztschr. f. Gymnasialwesen, 1866 p. 602.

[6]) De optatiuo μέλλοι conferas quae St. adnotauit ad IV. 3, 8.

δηλαδή ironice dicitur VI. 39, 8: *Μιλτιάδης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Χερσόνησον εἶχε κατ' οἴκους, τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδή ἐπιτιμέων*: quo loco apparet uocibus *δηληδή* ita Herodotum usum esse, ut plane alia de causa Miltiades significetur domi se tenuisse, atque ea erat, quam praetendebat.

Sed iam redeo ad uerba, quae coniuncta leguntur *δῆλα γὰρ δὴ ὅτι*, quibus certissima explicatio uel argumentatio infertur.

I. 4, 8: *δῆλα γὰρ δὴ ὅτι, εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλοντο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο*, ubi uerbis *δῆλα*[7]) *γὰρ δή* ratio redditur uerborum quae antecedunt *τὸ μέν νυν ἁρπάζειν — σωφρόνων*, ita quidem, ut significetur, tam certam rem atque exploratam esse, quae pro argumento ponitur, ut omnino nihil iam habeat dubii uel incerti.

I. 207, 16: *ἑσσωθεὶς μὲν προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν· δῆλα γὰρ δὴ ὅτι νικῶντες Μασσαγέται οὐ τὸ ὀπίσω φεύξονται.*

II. 5, 2: *εὖ μοι ἐδόκεον λέγειν περὶ τῆς χώρης· δῆλα γὰρ δὴ καὶ μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δέ — ὅτι Αἴγυπτος — ἐστὶ Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ.*

Praeterea duobus locis, ubi *δῆλα γὰρ δή* legimus, notandum est per has uoculas sic coniunctas eodem modo sententiam causalem praemitti ei, cuius *δῆλα γὰρ δή* rationem reddunt enuntiationi, quo saepissime per simplex *γάρ* idem fieri supra ostendimus.

III, 83, 4: *ἄνδρες στασιῶται, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γε τινὰ ἡμέων βασιλέα γενέσθαι.*

---

[7]) Ne quis offendatur numero plurali *δῆλα*, pro quo exspectatur singularis *δῆλον*. Saepissime enim inuenitur apud Herodotum pluralis numerus adiectiui generis neutrius, ubi Attica oratio singularem praeferret numerum excepto, qui eundem in modum plurali numero utitur Thucydide, etiam hac in re ut uidetur Herodoti uestigia secutus. Itaque legimus exceptis, quos attuli locis:

δῆλα: II. 146, 13. III. 35, 14. 38, 2. VI. 52, 31.
πρόδηλα: IX. 17, 16.
ἀδύνατα: I. 91, 4. V. 124, 4. VI. 13, 7. 106, 11.
βιώσιμα: III. 109, 3. *δίκαια*: V. 31, 9.
ἐπίκοινα: I. 216, 2. VI. 77, 8.
οἷά τε: I. 194, 24. III. 57, 12. IV. 31, 2. V. 20, 16. 49, 13. VI. 31, 12. VII. 16, γ, 16. VIII. 133, 5. IX. 80, 14.

deinde in ipsis adiectiuis, quae „uerbalia" dicuntur: *ἀκουστέα* III. 61, 17. *προσλογιστέα* VII. 185, 2.

Frequentissimus denique numerus ille pluralis legitur in distributionibus uel enumerationibus, uelut:

πρῶτα (μὲν): I. 59, 9. 114, 7. III. 80, 27. IV. 199, 3.
δεύτερα: I. 59, 11. II. 137, 14. III. 65, 27. 74, 13. 80, 28. VIII. 106, 8.
τρίτα: II. 22, 14.
πρῶτα μὲν — μετὰ δέ: II. 86, 12. III. 48, 10. V. 85, 5. 105, 5,

IX. 11, 10: *καταλυσάμενοι δέ, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι σύμμαχοι βασιλέος γινόμεθα, συστρατευσόμεθα ἐπ' ἣν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται.* Neque enim dubitauerim cum Schw. hoc loco *δή* in textum recipere post *γάρ*, quod praeter Aldinam in nullo sane exstat libro, cum Herodotum persuasum habeam hoc quoque loco scripsisse eodem modo *δῆλα γὰρ δή*, quo ceteris omnibus, qui huc pertinent locis legimus has uoculas initio enuntiationis *γάρ* inlatae iuxta positas.

Interdum fit, ut ad particulas *γὰρ δή* coniunctas alia accedat particula. Uelut cum uoculis *γὰρ δή* consociatur particula *πού*, quam omnino particulae *δή* saepe uidemus ita additam (cf. Matth. § 603. Kueh. § 501[8]). Curt. gr. gr. § 642, 5) ut asseuerationi, quae est in *δή* mistus sit „sensus coniecturalis" (Hoogeu. p. 158. III), qui continetur uocula *πού*.

De coniunctis uero particulis *δή που* recte disputare uidetur Kueh. II. p. 685, 1. et antea Hoogeueenus, qui rationem uel explicationem *γάρ* inlatam stabilitam per particulam *δή* paulo infringi docet addita uocula *πού* „alterius sensum elicienti", qua Kl. iniuria putat etiam adaugeri uniuersam totius enuntiationis affirmationem particulis *γὰρ δή* declaratam. Nam ipso loco, quo apud Herodotum solo legimus particulas *γὰρ δή κου* coniunctas III. 68, 19: *σὺ δὲ παρὰ Ἀτόσσης πύθευ ὅτεῳ τούτῳ συνοικέει αὐτή τε ἐκείνη καὶ σύ · πάντως γὰρ δή κου τόν γε ἑωυτῆς ἀδελφεὸν γινώσκει,* : ibi affirmatio certissima facta per uerba *πάντως γὰρ δή* paululum infringitur adiecta uocula *κού*, quae cum incerti aliquid contineat, etiam dubitationem quandam uidetur relinquere in eis, quae antea asseueratione quamuis certa dicta erant.

Porro accedit ad coniunctas particulas *γὰρ δή* uocula *ἄρα*[9]), ita ut coniungantur *γὰρ δὴ ἄρα*: III. 34, 12: *οὐδ' ἄρα σφέων οἱ πρότεροι λόγοι ἦσαν ἀληθέες · πρότερον γὰρ δὴ ἄρα Περσέων οἱ συνέδρων ἐόντων καὶ Κροίσου εἴρετο Καμβύσης κοῖός τις δοκέοι ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦρον* — ad quae uerba quod Krug. notat: *γὰρ δὴ ἄρα* kenn' ich sonst nicht verbunden", id concedendum quidem et apud ipsum Herodotum, tamen Abichtius quod deleri uoluit *ἄρα* uncis circumscribens Kruegeri, ut uidetur, nota permotus, haud scio an reprehendendus sit, cum omnium codicum fides testetur

---

8) „Es stellt eine ausgemachte Behauptung mit einem gewissen Zweifel dar, und eignet sich daher besonders dazu, dem ausgesprochenen Gedanken eine ironische Färbung, wie „nimirum, scilicet, uidelicet" zu geben".

9) de particula *ἄρα* Herodotea dixit Hoffmannus u. d. p. 6—11. Nec tamen ipsum, quem tractamus locum attigit.

lectionem illam γὰρ δὴ ἄρα. Quamquam negandum non est, facillime ex praecedenti linea, in qua omni iure legitur particula ἄρα syllogistica in stichum insequentem per scribae cuiusdam errorem potuisse transscribi. Contra ad ipsum uerborum sensum si respicimus tueri posse nobis uidemur particulam ἄρα. Nam cum eam quoque huic uoculae inesse sciamus uim ac potestatem, ut sententiam, cui ipsa additur, referat ad ea quae antecedentibus iam monstrata erant uel significata, et ea leui quadam consecutionis notione ad continuandam narrationem quasi excipiat, hic quoque eandem uim particulae ἄρα subicere possumus, ut respondeat nostro „wie gesagt", quo modo reddi interdum ἄρα posse monet Matth. § 614 cf. Curt. § 637, 1[10]). Quare ea mihi uidetur esse particularum γὰρ δὴ ἄρα coniunctarum potestas, ut particulae γὰρ δὴ sicut satis iam expositum est, certissima quadam affirmatione antecedentium rationem reddant uerborum quae leguntur: οἱ πρότεροι λόγοι κτέ., particula ἄρα haec ipsa, quae antecesserant tamquam rem per se stabilitam et notam excipiat copiosius explicanda.

§ 2. Deinde fit, ut particula γάρ adiunctam sibi habeat uoculam οὖν (ὦν), quam particularum γὰρ ὦν coniunctionem copiose tractauerunt Hoogeu. p. 105 III. sqq. Herm. ad Uig. p. 449. b. Kl. p. 263 sq. Ellendtius in lex. Soph. I. p. 341 et exemplis inlustrauerunt permultis. Iam cum duplicem esse constet inter grammaticos uoculae οὖν notionem, alteram confirmatiuam, alteram conclusiuam et syllogisticam, Kuehnerus etiam in coniunctis particulis γὰρ οὖν illam retinet, quam primariam esse uult uoculae οὖν aduerbialem uim et confirmatiuam (nam profecto, cf. Curt. § 637, 2), ita ut particulae γὰρ οὖν fere idem ualeant, quod γὰρ δή, id quod concedi protinus non potest. Rectius Klotzius Hoogeueenum secutus eam tenens, quam primariam ponit particulae οὖν notionem conclusiuam, coniunctis particulis γὰρ οὖν eam inesse uult potestatem, ut argumentatio uel explicatio γάρ inlata per particulam οὖν „reuocetur ad praesentem rerum statum, in quo hoc ipsum, quod infertur per γάρ, iam ita explicandum esse uideatur", Ellendtium conlaudans, particulas γὰρ οὖν accipientem pro „nam, ut nunc est" (lex. Soph. I. p. 341). Eandem uim conclusiuam Baeumleinius uidetur agnoscere, qui bene ad antecedentia semper dicit particulam οὖν respicere.

Iam apud Herodotum, quibus locis coniuncta leguntur γὰρ ὦν, in eis leuem plerumque agnoscemus particulae ων potestatem conclusiuam, quae explicationem γάρ inlatam „ad praesen-

[10]) In particulis δή ἄρα uocula ἄρα uim τοῦ δή augeri atque efferri uult Kueh. II. § 509. 8, d.

tem rerum statum reuocat." Uelut cum legimus V. 13, 15: *οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἔφασαν προθύμως οὕτω ἔχειν· αὐτοῦ γὰρ ὦν τούτου εἵνεκα καὶ ἐποιέετο*, et

V. 91, 22: *νῦν πειρησόμεθά σφεας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι τίσασθαι· αὐτοῦ γὰρ τούτου εἵνεκεν τόνδε τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα, ἵνα — — ἀποδῶμεν*, — inter utramque enuntiationem id interest, quod priore loco uerba *αὐτοῦ γὰρ τούτου εἵνεκα* ad antecedentia referenda sunt, id quod significatur per particulam *ὦν*, cum altero eadem uerba ea demonstrent, quae insequuntur *ἵνα — ἀποδῶμεν*, quare commode abest uocula *ὦν*. — I. 94, 14: *ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων καὶ τῶν ἀστραγάλων καὶ τῆς σφαίρης καὶ τῶν ἀλλέων πασέων παιγνιέων τὰ εἴδεα πλὴν πεσσῶν· τούτων γὰρ ὦν τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ οἰκηϊοῦνται Λυδοί.*

II. 131, 9: *ταῦτα δὲ λέγουσι φλυηρέοντες, τά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὰς χεῖρας τῶν κολοσσῶν· ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ὡρῶμεν, ὅτι ὑπὸ χρόνου τὰς χεῖρας ἀποβεβλήκασι.* Praetera I. 182, 9. II. 127, 7. 131, 12. IX. 31, 24. 96, 8.

Nec minus si articulum inter et substantiuum, per quod sententia causalis incipit, particulae *γὰρ ὦν* ita interponuntur, ut a substantiuo suo articulus separetur interpositis his particulis, quae unam tantum modo significationem uidentur efficere, diligentius inspicienti certa quaedam potestas particulae *ὦν* percipietur, quae ad superiora explicationem *γάρ* inlatam referat, et leuissima conclusione ea excipiat, quae antecesserant.

V. 1, 1: *Οἱ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ — καταλειφθέντες — πρώτους μὲν Περινθίους κατεστρέψαντο, περιεφθέντας πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τρηχέως· οἱ γὰρ ὦν ἀπὸ Στρυμόνος Παίονες χρήσαντος τοῦ θεοῦ στρατεύεσθαι, — ἐποίεον οἱ Παίονες ταῦτα.*

V. 33, 22: *ὁ δὲ θυμωθεὶς — ἔπεμπε ἐς Νάξον ἄνδρας φράσοντας τοῖσι Ναξίοισι πάντα τὰ παρεόντα σφι πρήγματα· οἱ γὰρ ὦν Νάξιοι οὐδὲν πάντως προσεδέκοντο.*

VI. 58, 7. IX. 99, 5: *τοῦτο μὲν ὑπονοήσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν ἀπαιρέονται τὰ ὅπλα· οἱ γὰρ ὦν Σάμιοι — ἀποπέμπουσι.*

Quamquam etiam apud Herodotum interdum conclusiua particulae *ὦν* potestas in coniunctis particulis *γὰρ ὦν* ita obscuratur, ut euanuisse eam fere dicas, et omnino non adhibitam esse uoculam *ὦν* uideri nisi ad affirmandam argumentationem *γάρ* inlatam. Imprimis in negatiuis sententiunculis, quae tamquam per formulam mediae interponuntur orationi per particulas *οὐ γὰρ ὦν*, antecedente, quam *γάρ* excipit enuntiatione negatiua, particula *ὦν* addita esse uidetur ut mere affirmatiua:

I. 49, 2: *κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω ὑπόκρισιν — οὐκ ἔχω εἰπεῖν — (οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται).*

VIII. 128, 3: *προσέχοντι δέ οἱ προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμόξεινος, ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν (οὐ γὰρ ων λέγεται).*

VIII. 133, 6: *ὅ τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι · (οὐ γὰρ ὦν λέγεται).*

XI. 32, 13: *τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδονίου συμμάχων οἶδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμόν · οὐ γὰρ ὦν ἠριθμήθησαν.*

Quibus locis particulae, quae iuxta ponuntur in fronte enuntiationis *οὐ γὰρ ὦν* omnino commode sic accipiuntur, tamquam coniunctae per se particulae *οὔκων*, quarum notionem primariam esse constat eam, ut negatio, quae est in uocula *οὐ*, maxime efferatur et adaugeatur[11]), diuulsae sint interposita particula *γάρ*, id quod etiam Kuehnero placet (§ 508. e. *β*).

Ad eos, quos modo attuli locos proxime accedit III. 121, ubi particulae *γὰρ ὦν* tertiam adiunctam sibi habent uoculam *δή*: *οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι, πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον (οὐ γὰρ ων δὴ τοῦτό γε λέγεται)*, quo loco particulae *ὦν* et *δή* ad augendam tantummodo uim particulae *γάρ* uidentur additae esse, quamquam nostra quidem sententia ad hoc nimirum argumentum uix opus erat affirmatione tam graui.

§ 3. Nec est denique, quod longus sim de particula *τοιγάρ*, quam scimus prosae orationi Atticae plane inusitatam esse neque omnino inueniri, nisi in Homero, Herodoto, poetis. Quae particula in unam uocem ex duabus conflata ita est, ut prior tantum *τοί* consecutiua praeualeat, quam eandem esse atque *τῷ* („*τούτῳ*" darum, ob hanc rem) docenti assentior Baeumleinio (p. 253)[12]), *γάρ* nonnisi ad eius uim augendam addita esse, neque omnino argumentationi inseruire uideatur, sed primitiuam illam uim affirmatiuam retinens et aduerbialem uerbi „profecto, sane" conclusionis notione, quae est in particula *ἄρα* ad antecedentia enuntiationem referre[13]), ita ut coniunctae particulae *τοι γάρ* proprie significent: hac de causa igitur (Kl. p. 798).

Habet Herodotus semel simplex *τοιγάρ*:

---

[11]) Sic etiam apud Herodotum legitur particula *οὔκων* usurpata: II. 20, 8. III. 16, 17. 38, 7. 53, 6. VI. 79, 11. VII. 3, 10. 11, 15. 104, 9. 147, 18. 149, 14. 206, 9.

[12]) „Die Partikel der Folgerung *τοί* = *τῷ* ist verstärkt durch *γάρ*, wodurch die Folge hervorgehoben wird und als etwas entschiedenes und natürliches bezeichnet wird. cf. Hoffmann. p. 50, 2.

[13]) cf. Schoemann. partt. orr. p. 200.

VIII. 114, 11: ὁ δὲ γελάσας τε καὶ κατασχὼν πολλὸν χρόνον, ὡς οἱ ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δεικνὺς ἐς τοῦτον εἶπε· τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει.

Particulae denique τοιγάρτοι, in quibus ad coniunctas uoculas τοιγάρ accessit alterum τοί „βεβαιωτικόν" leguntur semel apud Herodotum in eis quae Cambyses admodum puer matri respondet querenti, quod ipsam Cyrus aspernatus aduenticiam ex Aegypto Nitetin in maiore honore habeat III. 3, 11:

τοιγάρτοι, ὦ μῆτερ, ἐπεὰν ἐγὼ γένωμαι ἀνήρ, Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω ἄνω — quo loco apparet particulis τοιγάρτοι consecutionem exprimi simul seria quadam cum affirmatione, quae est in altero τοί.

Postremo legitur semel τοιγαρῶν in quibus particulis conclusiuam uim etiam magis efferri constat adnexa particula ὦν (Bae. p. 255. Kueh. § 545, 7) et magis exstare syllogisticam sententiae rationem (cf. Kl. p. 738).

IV. 149, 1: ὁ δὲ παῖς οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλεύσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν, — de quo loco supra disputatum est (hui. diss. p. 39. 65).

CAPUT VII.

Restat ut de collocatione particulae γάρ qualis est in Herodoto pauca dicam.

§ 1. Ac primum quidem, cum constet particulam γάρ, quippe quae sit ex enclitica particula γέ et ἄρα conposita, primam enuntiationis sedem occupare nunquam posse, sed secundam plerumque uel tertiam, etiam apud Herodotum uix est monendum longe plurimis locis particulam γάρ eandem habere collocationem. Qua de re cum omnino non sit amplius disputandum, hic tantum de singulari quadam et magis insolita uerborum enuntiationis γάρ inlatae primorum collocatione pauca licet disserere, quam in nonnullis Herodoti locis habemus.

Etenim, cum Herodotus soleat pronomina quaedam enclitica quae dicuntur, imprimis pronominis tertiae personae datiuos „οἱ" et „σφι" ad particulas quae initio enuntiationis collocantur, praecipue ad uoculas γάρ et δέ adclinare et adtrahere, cum multo posterius collocanda forent, si ad logicam ut ita dicam uerborum compositionem respicimus, id etiam tum fac-

tum uidemus, cum primo sententiae loco legitur praepositio quaedam, secundam deinde sedem particula *γάρ* (*δέ*) obtinet, ita ut duabus uoculis interiectis a substantiuo suo separetur praepositio: particula *γάρ* et quod ad hanc adtractum est, pronomine enclitico, de qua structura notauit Steinius ad I. 115, 8. dixit Kueh. II. § 452, 1. a. Exempla melius docebunt:

I. 108, 9: *ἐκ γάρ οἱ τῆς ὄψιος οἱ τῶν Μάγων ὀνειροπόλοι ἐσήμαινον, ὅτι μέλλοι ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος βασιλεύσειν* — ubi pronomen *οἱ*, quod referendum erat ad uerbum *ἐσήμαινον*, ad particulam statim accessit *γάρ* et cum hac ipsa uocula praepositionem inter et substantiuum intercalatum est. — Ad hunc locum prope accedit quod legimus.

I. 115, 8: *οἱ γάρ με ἐκ τῆς κώμης παῖδες — παίζοντες σφέων αὐτῶν ἐστήσαντο βασιλέα.*, quam pronominis, quod est *μέ*, collocationem sola particula *γάρ* effici potuisse, ad quam illud inclinatur, Kruegerus bene adnotauit.

VI. 50, 7: *ἄνευ γάρ μιν Σπαρτιητέων τοῦ κοινοῦ ποιέειν ταῦτα, ὑπ' Ἀθηναίων ἀναγνωσθέντα* —

VI. 69, 20: *ἐν γάρ σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι.*

Uno loco etiam ad coniunctas particulas *γὰρ ἄν* eodem modo adtractum legimus pronomen *μίν*:

VI. 50, 9: *ἅμα γὰρ ἄν μιν τῷ ἑτέρῳ βασιλέι ἐλθόντα συλλαμβάνειν.*

Quem usum collocandi pronomina illa post particulam *γάρ* et alias persuasum habeo Herodotum ab Homero esse mutuatum, quippe quem multis in rebus imitando fere expressisse Herodotum satis constet. Nam quae legimus:

E, 128: *ἐκ γάρ σφεας χειρῶν φύγον ἡνία.*

Σ, 432: *ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἁλιάων ἀνδρὶ δάμασσεν*[1]) eorum uerborum eandem esse elucet rationem ac structuram, quam in locis illis Herodoteis enotandam censuimus.

§ 2. Iam ubi particula *γάρ* tertium obtinet locum, omnino nihil dicendum est de eis locis, quibus bina uerba, quae in prima sede collocantur, aptius inter se coniunguntur, quia uoculae, quae secundum locum habet, ea est natura ac uis, ut nullo alio uerbo interiecto diuelli se patiatur ab ea uoce, quam ipsa excipit, sed ad eam protinus sese adplicet. Quod primum cadit in particulam *μέν*, respondente in oriationis continuatione particula *δέ*, quas uoculas notum est ad ea uerba statim adiungi soleri, quae per ipsas has particulas *μέν* — *δέ* opponuntur, uel si duo uerba arcte coniunguntur, inter haec interponi, id quod fit, si substantiuo additur articulus, uel si ex

[1]) cf. Kueh. II. § 445. not. 4. a.

praepositione aliqua aptatur uerbum, quod per uoculam *μέν* alii opponitur *δέ* inlato (cf. Kueh. II. § 528, 1), deinde si particula *γάρ* ubi tertio loco collocata est, antecedentem habet particulam *τέ*, quam constat eodem fere modo, quo particulam *μέν* in oppositionibus uidimus, in adiunctionibus ad eam uocem solere adglutinari, quae maxime efferi debet.

Nec denique commorandum in eis locis est, quibus ita particula *γάρ* tertiam enuntiationis sedem occupat, ut antecedat in fronte enuntiationis posita praepositio cum uerbo cui additur aut ipso statim coniuncta, aut si hoc substantiuum est, quod additum habet sibi articulum, uel pronomen aliquod uel adiectiuum, hoc iuxta praepositionem ponatur ante *γάρ*, cum ipsum substantiuum infra legatur. Quae particulae *γάρ* collocatio ut minime insolita est Graecorum scriptoribus, ita etiam apud Herodotum tum praecipue inuenitur, cum commodius et aptius iuxta haec duo uerba ponuntur ante uoculam *γάρ* tamquam unam tantummodo significationem efficientia, aut ideo praeponuntur, quo maiorem uim accipiant quasi in ictu posita sententiae. Ea mihi quidem uidetur esse ratio locorum, quales sunt I. 120, 16:

παρὰ σμικρὰ γὰρ καὶ τῶν λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε, — ubi uerba *παρὰ σμικρά* in unam notionem arcte coagulantur neque diuelli commode possunt interiecta particula *γάρ*.

VII. 167, 5: *ἐπὶ τοσοῦτο γὰρ λέγεται ἑλκύσαι τὴν σύστασιν.*

IX. 93, 8: *περὶ πολλοῦ γὰρ δὴ ποιεῦνται Ἀπολλωνιῆται.*

I. 123, 4: *ἀπ' ἑωυτοῦ γὰρ ἐόντος ἰδιώτεω οὐκ ἐνώρα τιμωρίην ἐσομένην ἐς Ἀστυάγεα, Κῦρον δὲ ὁρέων ἐπιτρεφόμενον ἐποιέετο σύμμαχον*, — ubi uerba *ἀπὸ ἑωυτοῦ* iuxta ponuntur ante *γάρ*, quia acuenda erant utpote uerbis insequentibus opposita quae sunt *Κῦρον δέ*, — quae uis abesset, si dixisset H.: „*ἀπὸ γὰρ ἑωυτοῦ.*“ Similis ratio est uerborum, quae leguntur II. 145, 17:

Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πενελόπης (ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι — ὁ Πᾶν).

VIII. 118, 16: *ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε εἶναι ἐμοὶ ἡ σωτηρίη.*

IX. 60, 13: *ἐς ἡμέας γὰρ ἅπασα κεχώρηκε.*

92, 5: *μετὰ σφέων γὰρ ἐκέλευε πλέειν τὸν Ἡγησίστρατον.* cf. I. 30, 10: *παρ' ἡμέας γάρ* —

I. 141, 20: *πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο.*

Quamquam negari non potest, interdum parum nobis perspicuam esse differentiam si qua est inter hanc et illam particulae *γάρ* collocationem, sed arbitrio indulgere licuisse hac in re uideri Graecorum scriptoribus. Certe quidem, quid intersit inter III. 102, 6: *κατὰ γὰρ τοῦτο ἐστὶ ἐρημίη διὰ τὴν*

ψάμμον et IV. 86, 10: *κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον*, mihi non elucet.

Reliquum est, ut de uno loco pauca dicam, qui est I. 18, 4. ubi Steinius cum sic legat:

τὰ μέν νυν ἓξ ἔτεα τῶν ἕνδεκα Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος ἔτι Λυδῶν ἦρχε, ὁ καὶ ἐσβάλλων τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιήν. Σαδυάττης οὗτος γὰρ καὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας

in eo uituperandus est, quod scripsit *Σαδυάττης οὗτος γάρ*, deleta quae in libris exstat ACP distinctione inter „*Σαδυάττης*" et „*οὗτος*" maiore, qualem uerborum ordinationem minime puto esse Herodoteam. Nam ceteris locis, ubi initio enuntiationis *γάρ* inlatae uerbum legitur cum demonstratiuo sine articulo coniunctum, inter hoc ipsum et uerbum illud interpositam legimus particulam *γάρ*:

III. 55, 9: *δήμου γὰρ τουτου* —

VI. 21, 6: *πόλιες γὰρ αὗται* —

IX. 71, 5: *ἅπαντες γὰρ οὗτοι* — —

Quare legi maluerim cum Schw. „*Σαδυάττης γὰρ οὗτος*", quod etiam Kruegerus fecit, quamquam non erat, quod uerba *οὗτος* — *συνάψας* uncis includeret deleto post uerbum „*στρατιήν*" eo quod est *Σαδυάττης*.

§ 3. Iam uenio ad eorum locorum paucitatem, quibus particula *γάρ* ita remotam habet ab initio enuntiationis sedem, ut tribus antea uel etiam pluribus positis collocetur.

Hanc eiusmodi liberiorem collocationem, in qua frequentissimos esse poetas praecipue comicos docet Kueh. et exemplis inlustrauit Meinekius (in Menandr. et. Philem rell. p. 7), ab Herodoto ipso non inuenimus adhibitam nisi paucis locis hisce:

I. 194, 23: *ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ*,

et qui simillimus huic est IX. 49, 15: *ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γάρ σφι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ φορέεσθαι, ὑπό τε τῶν ἱππέων καὶ τοξευμάτων*, quibuscum comparari potest, quod apud Xenophontem legimus in Cyrop. VIII. 8, 21: *κατὰ τὴν χώραν γὰρ αὐτῶν ῥᾶον οἱ πολέμιοι ἢ οἱ φίλοι ἀναστρέφονται.* —

Neque de hac collocatione amplius erit disputandum. Etenim quae uerba aptius inter se commodiusque coniunguntur *ἀνὰ τὸν ποταμόν*, quia unam quasi certam notionem efficiunt (uelut habemus nostrum: „stromaufwärts"), ea neminem magis offendent ante particulam *γάρ* collocata, quam quae apud Demosthenem legimus in or. cont. Neaer. (§ 55. Bekk. p. 1364. ed Reisk.) ante particulam *γάρ* initio enuntiationis coniuncta: *οὐ πολλῷ χρόνῳ γὰρ ὕστερον*, — quam uerborum collocationem optime mihi uidetur tuitus esse Klotzius sic disputans: „uerba" inquit „*οὐ πολλῷ χρόνῳ*" fere unam notionem efficiunt, quasi

esset *ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον*, neque causa erat quare ista dirimerentur (p. 250). Quare ne in Herodoto quidem offensionis quidquam habet particulae *γάρ* uel in eadem praepositione *ἀπο* collocatio, neque mirabimur, cur dixerit:

VII. 223, 4: *ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρεος* —

I. 123, 4: *ἀπ' ἑωυτοῦ γάρ* —

IX. 49, 15: *ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γάρ*, cum suam quoque loco uim ac potestatem habeat particulae *γάρ* collocatio.

Etiam in eis quae leguntur apud Herodotum II. 129, 8: *τά τε ἄλλα γάρ μιν κρίνειν εὖ, καὶ δὴ καὶ τῷ ἐπιμεμφομένῳ ἐκ τῆς δίκης παρ' ἑωυτοῦ διδόντα ἄλλα ἀποπιμπλάναι αὐτοῦ τὸν θυμόν* — commode mihi uidentur coniuncta esse ante uoculam *γάρ*: *τά τε ἄλλα*, quia uerba *τὰ ἄλλα* utpote eis opposita, quae per particulas *καὶ δὴ καί* inferuntur, dirimi nequeunt, sed maiore ui iuxta ponuntur initio enuntiationis.

In uno denique loco longiori mihi esse liceat qui est IX. 97:

ἀπικόμενοι δὲ παρὰ τὸ τῶν Ποτνιέων ἱρόν — ἐνθαῦτα τάς τε νέας ἀνείρυσαν καὶ περιεβάλοντο ἕρκος καὶ λίθων καὶ ξύλων — καὶ παρεσκευάδατο ὡς πολιορκησόμενοι καὶ ὡς νικήσοντες. ἐπ' ἀμφότερα ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάζοντο. De hoc loco ita interpretes dissentiunt, ut alii uerba *ἐπ' ἀμφότερα* coniungant cum sequentibus quae leguntur *ἐπιλεγόμενοι γάρ* (quod praeeunte Schaefero fecerunt Schw. St. Ab. Dietschius), alii ad antecedentia potius trahenda esse censeant, ita ut referantur ad ea quae antecedunt *ὡς πολιορκησόμενοι καὶ ὡς νικήσοντες*, quod cum Reiskio maluit Baehrius, qui mentionem faciens eorum, qui ad subsequentia trahunt uerba illa: „quod si admittitur" inquit „haud scio an scribi oportuit *ἐπ' ἀμφότερα γὰρ ἐπιλεγόμενοι*". Quam uerborum transpositionem ipse in textum recipere ideo non dubitauerim quia hoc excepto loco nusquam similem Herodotus exhibet particulae *γάρ* collocationem. Contra separandi uerba *ὡς νικήσοντες — παρεσκευάζοντο* quae Kruegero uisa est necessitatem ego non intellexi. —

Praeterea apud Herodotum permultis locis remotiorem ab enuntiationis initio sedem ita uidemus particulam *γάρ* occupantem, ut ea sententia, cui ipsa haec uocula additur in aliam enuntiationem eodem modo immittatur, quo paulo antea expositum est. Id, cum interdum factum sit, ubi post prima enuntiationis uerba, quae per particulam *καί* antecedentibus adnectitur, sententia causalis *γάρ* inlata anteponitur ei cuius causam continet:

III. 123, 2: *καί κως ἱμείρετο γὰρ χρημάτων μεγάλως — ἀποπέμπει.* —

VI. 5, 6: *καὶ δὴ νυκτὸς γὰρ ἐούσης βίῃ ἐπειρᾶτο κατιὼν ὁ Ἱστιαῖος.* —

VIII. 118, 8: *καὶ δὴ μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι — ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλέα εἴρεσθαι.* —

IX. 31, 6: *καὶ δὴ πολλὸν γὰρ περιῆσαν πλήθεϊ οἱ Πέρσαι — ἐκεκοσμέατο* — ,

multo saepius eam inueniemus esse enuntiationum rationem, ut cum sententia causalis anteponatur ei, cuius reddit rationem enuntiationi, subiectum uel obiectum orationis complexae antecedens adstruatur sententiae per uoculam *γάρ* praemissae, de qua adtractione supra iam tam copiose a me disputatum est[2]), ut enumerare hic satis habeamus huiusmodi locos, quibus quod saepissime remotissimam ab initio enuntiationis sedem particula *γάρ* habet, non iam debebit nos offendere (cf. Kl. p. 252).

I. 24, 17: *καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν εἰ μέλλοιεν ἀκούσασθαι — ἀναχωρῆσαι.*

I. 155, 17: *τὰ δὲ νῦν παρεόντα Πακτύης γάρ ἐστι ὁ αδικέων, οὗτος δότω τοι δίκην.*

II. 101, 1: *τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν* —

I. 27, 21. IV. 149, 2. 7. 200, 4. VII. 142, 1. 209, 3. VIII. 94, 15. IX. 109, 7.

---

[2]) cf. huius diss. p. 62 sqq.

UITA.

Natus sum Martinus Gustauus Broschmann a. d. VII. Kal. Mai. a. MDCCCLVIII. Collodiciae Saxonum, patre Carolo, diuini uerbi ministro, praematura morte nuperrime mihi erepto, matre Emilia, e gente Marezolliana, qua adhuc uiuente utinam diu possim laetari! Fidei addictus sum euangelicae. Ab ipso patre et literarum rudimentis instructus et primis linguarum antiquarum elementis imbutus a. h. s. LXXII. Gotham transmigraui, ibique per sex deinde annos gymnasium frequentaui inlustre Ernestinum, quod Marquardtio rectore laetissime nunc magisque in dies floret, cui uiro doctissimo, humanissimo sicut ceteris eiusdem gymnasii praeceptoribus summas habere gratias nunquam desistam. Nec non qui in domum suam ac familiam benignissime me recepit, et optimum atque pulcherrimum quidque adamare me edocuit auunculum carissimum, scholarum nunc Gothanae terrae ciuicarum Ephorum pia semper colam grataque memoria. Testimonium deinde, quod maturitatis dicunt, nanctus a. h. s. LXXVIII. Lipsiam me contuli, studiis operam nauaturus philologicis. Ibi per nouies fere nunc sex menses scholis interfui, quas uiri habuerunt inlustrissimi v. Bahder, Brandes, Brugman, Curtius, Drobisch, Eckstein, Heinze, Hermann, Lange, Lipsius, Pueckert, Ribbeck, v. Struempell, Voigt, Wundt, Zarncke. Seminarii regii historici per semestrium sodalis fui eius classis, quam v. der Ropp ministrabat, ac per sex menses societati antiquariae Lipsii hospes interfui. Quibus uiris omnibus, ut summas habeo semperque habebo gratias, ita Lipsium uirum doctissimum, qui et consilio benignissime me adiuuit, et maiore quam dici potest liberalitate ex libris suis, quibus uterer hos illos suppeditauit, gratissima semper prosequar beneficiorum memoria.

Scribebam Lipsiae mens Mai. MDCCCLXXXII.